DE CASUUM NONNULLORUM GRAECORUM LATINORUMQUE HISTORIA.

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XXIV M. JUNII A. MDCCCLXXI.

H. XII.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

PHILIPPUS WEGENERUS

SAXO-BORUSSUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

M. STEINBRECHT, STUD. PHIL.
T. HERRLICH, STUD. PHIL.
SCHEINTZ, STUD. PHIL.

BEROLINI

TYPIS EXPRESSIT GUSTAVUS LANGE (OTTO LANGE).

PATRI OPTIMO

SACRUM.

Rectissime videtur Curtius (Erläuter. 166) urgere, Latinos numquam genetivum cum praepositione ulla conjunxisse; atque omnino dicendum est, Latinos numquam genetivo localem rationem expressisse. Quod cum fecerint Graeci, genetivus hoc munus ablativo debet, ut recte Curtius judicavit. Primum igitur ablativum Graecum motum a loco significasse statuendum erit; num alias quoque rationes habuerit, e singulis demum formis concludere licebit.

Jam pauca de forma ablativi praefanda sunt. Graecus enim ablativus habet sub finem suffixi litteram *s*, quam e *t* Sanscrito natam esse, vulgaris tenet opinio. Quod dubitavit quamvis leniter Pottius, qui et genetivum et ablativum e *atas* natum esse vult, altero *a* syncopato, ita ut e forma *ats* aut *at* aut *as* exoriri potuerit. Graecum igitur ablativum ex *a(t)s* natum esse arbitratur. Num haec origo recte a Pottio statuatur, nescio, sed efficere conabor Graecorum et Italorum suffixum ablativi fuisse as, non at. Atque Bergkius deinde eos errare judicavit (Beiträge zur Lat. Forml. Hft. I.), qui Latinum ablativi *d* e Sanscrito *t* factum esse velleut, ipse autem, quod pro conjectura Pottius quoque protulit, hoc *d* e praepositione „de" obtusum esse censet. Jam ab initio mihi dicendum est rectissime Bergkium judicasse me opinari. Nam Latinum et Graecum ablativum suffixum *as* habuisse contendo. Quam sententiam recte sese habere tota demum, quae sequitur, disputatione efficere possum.

Jam sequitur, ut singulas formas Graecas, quae ab ablativo originem ducunt, enumerare incipiam.

I. Exstant voces in ας terminationem exeuntes, quae ablativam prae se ferunt originem et ad formam et ad significationem.

ἕκας vel ἑκάς Laconice βεκάς (Ahr. Dor. 46) significat procul vel, ut Hesychius circumscribit, „μακράν" et compositum est e stirpe pronominis reflexivi: sva- et stirpe pronominali κα —. Hujus vero alterius ablativus est κας (κα-ας) et proprie significat ab hinc. Sed pronominalis vis voculae

delitescit et motus tantum a loco notionem servat atque cum novo pronomine stirpis sva-, ut Latinum s e - d pro s v e d e, componitur. Κας igitur mutat pronominalem significationem et transit in quandum praepositionalem. Nempe adverbii pronominalis transitio in praepositionem ita fit, ut adverbium locale, quod in universum tantum regionem, unde aut ubi aut quo quid se movet, denotat, appositionis in modum cum re vel persona conjungatur, quae accurate spatii punctum significat. Quare substantivum eum casum poscit, qui eandem atque praepositio localem rationem exprimit. Falso vero Curtius (Erläuter. 175) judicat, praepositionem et substantivum proprie ex genetivi ratione conjungenda esse. Atque ideo quidem hoc reiciendum est, quod omnes linguae repugnant.

Adverbialis autem notio exstat in ἐγκάς, composito ex ἐν et κάς, atque monstrat κάς hac in compositione sicuti etiam in κατά motum a superiore loco ad inferiorem, significat enim proprie: „*in dem von oben nach unten*", id est in inferiore loco. Eadem motus rectio intellegitur, si κας ad numeralem significandam distributivam notionem adhibetur, velut in ἀνδρακάς = viritim, cogitatur enim series virorum, quos singulos verbi actio tangit a primo vel supremo usque ad ultimum vel imum descendens. Eadem quoque notio praepositioni κατά inest in κατ' ἄνδρα. Vocali autem sola ab hoc vocabulo κας diversum est multiplicativum κις, velut in ἑπτα-κις-χίλιοι 7000, quod vere verterimus „*7 jedesmal 1000*"; significat enim septimam quamque partem esse „χιλίους". Apud Latinos autem accurate huic κας voci et κις respondet *us*-que, proprie *cus*. Praepositio deinde κατά, ut recte augurabatur Benfejus, derivatur ab eadem stirpe κα (veresimiliter demonstrativa, sed cf. Curt. Gr. Etym. pg. 409–410) suffixo addito -τα, quod in εἶτα, ὅτα apparet, quodque stirpis pronominalis *ta-* esse elucet. Unde sequitur partem κα, quom huic pronomini adjungeretur, non jam pronominalem sed praepositionalem habuisse significationem, atque

eandem quidem quam κας, significat enim proprie κατὰ „*von da herab*“ de eo loco. Sed ne κατὰ quidem vocis haec adverbialis notio propria in antiquissimis Graecae linguae monumentis ac litteris invenitur, sed ut κας ipsum amisit demonstrationis vim et praepositionalis fiebat. Κα autem ex κας ς littera abjecta existebat, quod saepius factum esse mox videbimus.

De accentu vocis ἕκας conferendus est Apollon. de advrb. p. 570, 26. — Priorem autem si respicimus partem, Hesychius Laconicam affert formam a β incipientem βεκάς = μακράν et antea corruptum βείκας praeterea βεκῶς, quod integrum Ahrensius relinquit, = μακρόθεν, ut ait Hesychius. Lacedaemonii igitur antiquae ϝ litterae vestigium servarunt, obdurato ϝ in β, σ vero litteram incipientem amiserunt ut in ἥδομαι Lac. βάδομαι a stirpe svad. — Apparet igitur nec ad formam nec ad significationem impedire quidquam, quin syllabam ἑ- a stirpe sva- reflexiva derivemus. Jam vero Hesychius significationem vocis βεκάς vocabulo μακράν circumscribit, quamquam ablativus motum a loco exprimit. Sed apparet Hesychium non ex etymologia sed e sensu in universum significationem denotasse. Si vero dico „*procul a se jacit*“ vel tale quid, nihil exprimitur aliud nisi: in spatium procul situm jacit. Stirpem autem reflexivam proprie ad omnes personas pertinere notum est. Deinde vero si recte βεκῶς ab Hesychio citatur, proficiscitur ab ἑκάς = μακράν, postquam ἑκάς suam propriam notionem „*fort von sich*“ amisit, atque omnino procul significare sentiebatur. Simul autem fingebatur adjectivum *ἕκος = longus vel neutrum *ἕκον = longum spatium, unde ablativus derivatur ἑκῶς μακρόθεν. Neque aliter significatio propria delituit in compositione ἕκαθεν = μακρόθεν, quae jam est in usu Homerico (velut Il. II 456). Atque sicut in ἕκαθεν etiam in ἑκαϝέργος ς suffixi oblitteratum est, servatum autem in comparativo et superlativo ἑκαστέρω, ἑκαστάτω.

Praeterea ἑκηβόλος et ἑκατηβόλος inveniuntur. Atque

forma ἑκη- docere videtur, terminationem κας longum habuisse α, quod Jonum in morem mutabatur. Alioquin autem α corripiebatur, ut saepe fit de adverbiis et particulis. Forma autem ἑκατηβόλος exit ab ἕκατος, quod dei Apollinis est epitheton. —

ἐντυπάς Il. 24, 163 ab adjectivo ἔντυπος derivatum est. Lobek Paralipm. 162. Significatio est modalis. —

πέλας est a stirpe πελο-, proprie πελα- derivandum, qua a radice πελ- ut φίλος a φιλ-, efficitur. α hujus vocis longum fuisse docet πλη-γενής = πέλας γεγώς Lob. Pathol. 2, 38. Verisimile autem est, etiam πλήσιος dor. πλάτιος ab adverbio πέλας ς omisso proficisci ut a πρός vel πρό πρόσσω = προτjω, πελατjος πλάτιος. Significatio est e propinquo, deinde simpliciter „*prope*". —

κεράς ab adjectivo *κερος aut *κερης originem ducit, stirps enim verbi est et κερ- in κιρ- νημι (Krg. Dial. § 39) et κερα-. Sed Lobeckius Prlp. 221 fortasse recte judicavit, hoc adverbium proprie esse accusativum substantivi neutri generis.

ἠρέμας et ἠρέμα videtur referendum esse ad adjectivum *ἤρεμος (cf. Curt. Etym. 291.), cui ἔρημος responderit, nisi ex ἠρεμέστερος adjectivum *ἠρεμης concludi oportet. Lob. Parlp. 162.

ἀτρέμας et ἀτρέμα, α est correptum. Ab adjectivo ἀτρεμής est conformatum, nam adjectivum in -ος terminans dubito an ἄτρομος audiatur.

ἇς, ἅς, ἅς autem aeolicae formae ejusdem sunt originis atque ἕως proprie ἧος ind. javat. (cf. Curt. Etg. 355).

σιγάς(?) et σῖγα videntur esse ablativi feminini σιγή, α longo propter adverbialem usum correpto.

ἄκασκα = ἀκᾶ sub finem habet illud κα vel κας, quod supra (pg. 2. sq.) tractavimus; ἀκας- autem ut ἀκᾶ ablativus est vocabuli ἀκή. Nam quamquam forma ἀκας a genetivo nihil differt, tamen genetivum primae declinationis ς suffixi amisisse ceteroquin non invenitur. σιγάς autem et ἀκας modalem praebent significationem.

De ἀντιπέρας cf. infra.

Hanc igitur in ας formationem factam esse inveniebamus

1. a stirpibus primae declinationis in α terminantibus: σιγάς et ἄκασ-κα,

2. a stirpibus alterius declinationis: κας, ἑκάς, ἐντυπάς, πέλας. Nam negari nequit, has stirpes aliqua Graeci sermonis aetate pro posteriore ο habuisse α et ε (cf. Excurs.). Aliorum autem adverbiorum, imprimis in -ως exeuntium, eorumque ab adjectivis derivatorum similitudo docet, Graecos et Latinos neutrum adjectivi elegisse, unde adverbia facerent.

3. Ab adjectivis stirpis ες derivantur talia adverbia in -ας: ἠρέμας ἀτρέμας. Apparet autem hos ablativos contractione factos esse, σ stirpis syncopato, ex *ἀτρεμεσας fit *ἀτρεμέας. Jam vero dubium est, num putare possimus e legibus linguae Graecae has vocales ε + α in α nec potius in η coaluisse. Nam ceteroquin ε + α et in his adjectivis et alibi in η contracta spectantur. Probabile igitur fuerit has formas in ας, proprie ᾱς, ea linguae aetate esse factas, cum stirps horum adjectivorum in -ας exiret. Quod quidem suspicari licere etiam aliae quaedam formae comprobant, quae quidem itidem α antiquum passim servaverint. Etenim in dativis pluralibus:

ἀνδράσιν ex ανράσιν ἀνάρσιν, quamquam stirps posterius est ἀνερ-

ἀστράσιν ex ἀστάρσιν, stirps est ἀστερ-

θυγατράσιν, πατράσιν, tamen restat α antiquum.

Deinde ἀρνάσιν et υἱάσιν, quorum ἀρνάσιν, si respicias ἀρνειός = ἀρνέσιος, a stirpe ἀρνες- proficisci videtur, optime igitur cum stirpibus velut ἀτρεμες- comparatur. Si vero non a stirpe -ες haec forma exit, pertinet ad alterius declinationis stirpem ἀρνο- atque id sermonis tempus praestat, ubi α nondum in ο erat obtusum. Idem fere dicendum est de υἱάσιν, quod aut ad alteram declinationem aut ad stirpem -ες referendum est. Certe quidem in his formis antiquum α aut pro ε aut pro ο servatur. Unde concluditur jure, a Graecae linguae

legibus non esse alienum, etiam in formis velut ἀτρέμας contractionem ex α + α factam esse opinari.

Ejusdem sermonis aetatis sunt formae in α exeuntes, quippe quae vocalem non obscuraverint; sed ς terminationis amiserunt. Atqui multa adverbia apud Graecos in α terminant, quorum haud pauca instrumentalia esse putantur. Pauca tantum ablativos esse effici potest, nimirum si praeter terminationem α forma quoque in ς exiens invenitur.

II. σῖγα σιγάς — ἀτρέμα ἀτρέμας — -θα, -θε-ν Lacon -σας, -θις; κα; τα, τε. — ὀκᾶ, ἄκας-κα — ἄντα ἀντί Lat. *anti-d-ea anter-ior* (= *antes-ior*) Osc. *az.* — ἀμμίγα ἐπιμίξ.

Quorum quin quattuor priores voces ς amiserint, dubitari non potest, minus autem de reliquis hoc pro certo affirmari potest. Etiam ἀμμίγα praeter ἐπιμίξ satis huc pertinere appareat, ἄντα autem longe aliter quoque per se quidem conformari potuisse non negaverim, nam, quamquam exemplis caremus, concedo ἄντα ex ἄνται locativo, ι omisso, nasci potuisse, ut Pottius vult.

Sed cum Latinum *ante antid-ea* ablativus sit, etiam ἄντα et ἀντί ablativos esse puto. Apud Italos quoque *s* hac in voce exstitisse Oscico et Latino comparativo *anter-ior* = **antesior* comprobatur. Quid vero de Indico *anti* judicandum sit, num locativus sit existimandus, Indicis grammaticis dijudicandum relinquo, certe quidem Latinae et Graecae formae artiorem necessitudinem inter se habent quam Indicae et Graecae.

κα, τα τε, θα θε Lac. σας.

In κας suffixo duplex genus discernendum est, primum enim proficiscitur a stirpe demonstrativa κα-, quo κεῖνος pertinet, alterum formatum est a stirpe interrogativa atque huc pertinet -κις. Sed cum hae duae stirpes proprie plane eaedem sint habendae, ut recte Curtius aliique adnotarunt ad formam ista suffixa non discrepant, utriusque autem stirpis notionem complectuntur. Quare in κεῖνος Dor. τῆνος itidem κ et τ fluctuare videmus atque in pronomine interrogativo et

indefinito. Rectius igitur dicimus hoc in suffixo et indefinitam et demonstrativam significationem inveniri. — Ut in ἄκασ-κα sic in αὐτίκα quoque κα demonstrativum spectatur. Derivatur enim αὐτίκα ab αὐτός pronomine significatque compositio „*abhinc*“ fort von hier vel von hier aus. Qui locus idem est atque ubi aliud jam quis fecit, quare hunc dicimus stante pede vel illico hoc perpetrare. Graecus autem respicit actionem, quomodo e loco, ubi auctor stat, proficiscatur.

Neque minus in ἄλλοτα, ἑτέρωτα (Aeol) Hesych. κἀτέροτα (cf. Ahr. aeol. 152) hoc suffixum κ in τ converso apparet. Atque in ἑτέρωτα praeter τα suffixum ipsa ablativi forma-ω spectatur, significat autem simpliciter „*ab altera parte*“ at ἄλλοτα „*ab alia parte*“.

Formae autem πότα et ὅτα att. ion. ὅτε, πότε Hom. εὖτε utrum pertineant ad interrogativam, an ad demonstrativam notionem, dubitari potest, praesertim cum Graecum ὅτι = quod conferas. Initium faciamus ab Homerico εὖτε, quod ab Homero posterioribusque epicis poëtis et ab Atticis tragicis usurpatur. Buttmannus (Lex. II p. 127.) utramque vocem ejusdem originis putavit esse, εὖτε et ὅτε. Constat autem ευ Jonum in morem ex εο contractum esse, recte igitur judicavit Curtius εο ex jo, j in ε verso, natum esse, ut in ἔτεος fieret ex *ἐτjος. Ὅτε igitur et εὖτε plane eadem est forma, praeterquam quod in ὅτε pro *j* spiritus asper in εὖτε autem ε vocalis locum obtinuit. Jam igitur quaeritur, quid sit -τε suffixum. Si idem significat quod τα in ἄλλοτα, ὅτε proprie est: *seit welcher Zeit*, ex quo tempore et usus fere idem est atque germanicae vocis medii aevi *sît*. Si vero τα ad indefinitum refertur pronomen, ὅτε proficiscitur ab indefinito *ὅτος et significat ex quocumque tempore. Quom vero haec universalis notio particulae non insit, necessario ὅτα ut ἄλλοτα demonstrativo pronomini compositum esse censeo. Nec magis indefinitum pronomen πότα particulae inest, nam difficile esset talem excogitare rationem. Πότα est = *seit wann*, atque Doricae hujus compositionis formae, quae ex-

stant, κ litteram praebent. (Ahr. 576.) πόκα, ὄκα, ἄλλοκα, τόκα Kret. Dorico autem τόκα Atticum respondet τότε, proprie „*ex eo tempore*". Apparet autem non multum ad sententiam conficiendam differere, utrum dicam: „*in welcher Zeit ist das geschehen*"? an „*von welcher Zeit an*"? Graeci enim ad actionis definiendum tempus id temporis punctum exprimunt, unde actio incipit, nec vero ut Latini et nos quasi centrum totius actionis significant. Quod idem saepius apud Graecos inveniri infra videbimus.

-θα, σας Lacon., θε(ν) Att.

Vocalis mutationi in -κα et -τα animadversae plane -θα suffixum respondet cujus vocalem α Dores tantum et Aeoles servasse videntur, Jones enim et Attici -θε vel -θεν in usu habebant. Neque quemquam, si -σας Laconicum respicit, negaturum esse credo, hoc suffixum ablativae esse originis. Attamen hîc quoque vocem ἔν-θα nos per „*ubi*" vetere cogimur, quamquam Graeci motum a loco vergentem exprimunt.

In his igitur formationibus ablativis vocalis α non producitur nisi in ἀκᾶ. Si autem recte ante judicavimus plerasque istas formas in -ας et -α a stirpibus posterius in ο exeuntibus proficisci, apparet has voces, antequam stirpis vocalis in ο mutaretur, adverbiorum loco usitatas fuisse.

III. Sed ad tempus pergimus in conferendis formis, quas ablativi suffixum sibi vindicavit. Quarum notissima est forma in ως, contracta ex ο stirpis vocali et suffixo -ας, pertinet igitur ad posteriorem sermonis aetatem, quam formationes in -ας et -α factae. Itaque recte tantum hoc suffixo nomina alterius declinationis utuntur, praeter regulam autem ceterae stirpes velut adjectiva tertiae declinationis ut ἀληθέως.

Unde sequitur, cum haec alia tertiae declinationis adverbia hanc terminationem receperint, totum contractum suffixum -ως falso adverbiale esse suffixum putatum esse. Praeterea autem sequitur suffixum -ας, antequam tertiae declinaitoni -ως tribueretur, semper cum ο stirpis vocali coaluisse.

Exempla autem hujus formationis nihil attinebit afferre. De accentu Doricorum adverbiorum in -ως conferendus est Ahr. pg. 32.

Correpta est haec terminatio in compositionibus θεός-δοτος pro θεώς-δοτος (cf. θές-φατος pro θεός-.) et in νόσ-φι. θεόςδοτος autem et θές-φατος compositiones efficiunt, ablativum etiam tum, cum α stirpis in ο mutatum esset, casum flexionis fuisse et motum a loco significasse. Namque si adverbiale tantum fuisset suffixum, substantivum θεός sic flectere non licuit. Neque repugnat, quod jam antea, cum quidem stirps alterius declinationis etiam α conservasset, ex ablativo adverbia derivabantur, nam itidem fit apud Latinos, qui adverbiis in *ô* praeter vivum utebantur ablativum. Atque hanc eandem temporis rationem inde colligere licebit, quod Doricae dialecti genetivum pronominum personalium hoc cum ablativo confundebant. cf. Ahr. Dor. pg. 248 sq. Exstant enim formae:

1) ἐμέ-ος, ἐμεῦς, τέος τεῦς τίος, οὗς ἐμοῦς.
2) ἐμῶς.
3) ἐμίως, τίως, τεοῦς, ἑοῦς.

Atque Boeotorum, quae respondent formae hae sunt:

ἐμοῦς, τιοῦς, Ahr. 1, 207. ἑοῦς 208.

Genetivi suffixo hae formae exstitisse non possunt, nam Graeco-italico genetivo alterius declinationis subest suffixum-*sja*. Ad formam autem haec vocum suffixa plane eadem esse atque ablativi apparet, atque ad significationem sufficiet commemorare, ἐμέθεν σέθεν apud Acoles et Homerum genetivi vice fungi. Quare dubitari nequit, quin hae formae sint ablativi. Atque si in singulas accuratius inquirimus, sunt:

ἐμέ-ος, ἐμοῦς, ἐμεῦς Boeot. ἐμοῦς
τέος τίος τεῦς
οὗς. rectissime ad legem ab stirpibus:
ἐμε- τε- ἑ- suffixo ος conformatae. Pertinent igitur ad posteriorem etiam aetatem, quam formationes in-ως, quippe

cum etiam suffixi α in ο mutatum praebeant. Ἐμῶς autem paullo aliter est derivatum, nempe coaluit ως ex ο et α vel α + ο, verisimilius autem videatur a stirpe-ο per suffixum ας hanc formam proficisci. Nam probabile est, ut videtur (cf. Excis.); prius α stirpis quam α suffixi in ο transiisse; ἐμῶς igitur ex ἐμοας factum est. Deinde autem ἐμίως et τίως praeter regulam et ex falsa analogia conformata sunt, ι enim natum ex ε ante sequentem vocalem est stirpis vocalis, exspectandum igitur erat suffixum ας vel ος. Unde intellegitur Dores falso ως alterius declinationis huc transtulisse, ut ceteri quoque de adverbiis tertiae velut ἀληθέως fecerunt. Idque simul docet ως in altera declinatione legitimam et sollemnem fuisse ablativi formam, atque etiamtum ad alias quoque stirpes esse tralatam, cum ablativi munere fungeretur. Sed hoc accuratius infra agetur.

Boeoticae formae τιοῦς ἑοῦς, ut Ahrens scribit, num recte accentu circumflexo instruantur, jure dubitari potest. Nam si circumflectuntur, contractam syllabam habent -ους, si vero acuuntur, ου sunt litterae eae, quibus Boeoti posteriori aetate υ vocalem exprimebant. Contracta autem forma rationem non habet, nam stirpis vocalis per se stat in τι- et ἑ-.

Formam autem ἑοῦς, quam Ahrens in Doricis numerat formis, quamquam Apollonius „*non diserte*“ Doricam esse dixerit sed tantum Doricam τεοῦς sequi, ad Doridem pertinere non censeo. Ait enim Apollonius pag. 98 (de pron.) B.: ἑοῦς· αὕτη ἀκόλουθος Δωρικῇ τῇ τεοῦς, ᾗ συνεχῶς καὶ Κορίννα ἐχρήσατο, additur frgm. 4. Corinna autem, cum uteretur dialecto Boeotica, ab Apollonio Doricae dialecti testis proferri non potuit. Neque aliud quidquam praedicat Apollonius nisi formam istam ἑοῦς sequi Doricam τεοῦς, non igitur ipsam apud Dorenses Apollonio inventam esse apparet. Corinnae autem carmina, quamquam ipsa ante Jonicas litteras Boeotis receptas floruit, tamen posterioribus grammaticis Jonicis litteris scripta ob oculos fuisse necesse est, quod grammatici Boeoticum sermonem tractantes semper

posteriorem scripturam respiciunt neque tamen dialectum Boeoticam nisi e Corinnae carminibus noverunt. Ergo antiquum υ Apollonius in Corinnae carminibus per ου descriptum inveniebat.

Sed idem de Sophrone, quem Apollonius τεοῦς forma usum esse tradit, dici nequit, in medio igitur relinquo, utrum formae ἐμοῦς similitudinem falso secutus sit, an quod apud Syracusanos factum esse comprobare non possum, hoc ους pro ως adhibitum sit, ut consueverant Thessali o longum pronuntiare (cf. Adn. I).

IV. -Ως suffixum amittit ς litteram in:
οὕτω — ἄφνω cf. Curt. Et. 441 — εἴσω, ὀπίσω, ἔξω ἔξωθεν — πόρρω πόρρωθεν — δεύρω = δεῦρο.

Adverbia εἴσω ὀπίσω ἔξω sunt miro quodam modo formata, proficiscuntur enim a praepositionibus εἰς ἐξ et ab adverbio ὄπις, quasi adjectiva εἶσος ὄπισός ἔξος exstarent. Ejusdem quoque formationis est Doricum ἐνό ἐξό (Ahr. Dor. 360) ω correpto in o, ut fit in δεῦρο.

Aliter natum est πόρρω et πρόσσω suffixo adjectivo -τjo e προτjo-; δεῦρο autem et δεύρω ad stirpem pronominalem *ja-* pertinere assentior Curtio (Et. 561), nec vero Sonnium probare possum, qui diphthongum derivat de ju-, quod quomodo factum sit nemo sciverit. Partem contra δευ- puto e δευς factam, qui ablativus est pronominis ja-, conformatam ut ἐμεῦς cf. pag. 9. De significatione vocis infra agemus. Dubitari autem potest, quid sit ρ in voce δεῦρο; sed opinor si recte δευ- ex δευς factum esse judicavimus, verisimile videtur ς illud in ρ esse mutatum, cum δευς ut ἐξ εἰς per ω amplificaretur. δεύρω igitur videtur esse pro δεύσω.

Huc pertinent genetivi quoque, qui dicuntur, pronominum personalium in -ω, ἐμίω, τίω (Ahr. Dor. 240), sunt vero ablativi, sed praeter originis jus est -ω a formis contractis has in solutas formas trajectum, quod item in ἐμίως etc. factum esse supra videbamus.

Per se fortasse quispiam has formas vel certe quidem partem instrumentales esse censuerit, sed si conferamus Dorica adverbia in -ω exeuntia, quae motum a loco exprimunt (Ahr. 374) atque si respicias eas, quas instrumentales esse probabile fuerit, semper -α suffixum vel -η praebere, haud dubium erit, quin adverbia in -ω terminantia sint ablativi. Quod ipse quoque Ahrens suspicatus est. Atque instrumentalem casum tum jam, cum α nec stirpis nec suffixi in ο transiisset, delituisse verisimile erit. — Praeterea autem e Doricis illis formis in -ω terminantibus atque potissimum e formis pronominam ἐμίω etc. concludendum est, Dorenses ablativum vivum casum etiam ς amisso conservasse; ablativum igitur Dorica a ceteris separata dialecto ex Graeco sermone evanuisse.

V. Sequitur terminatio -ος, quae ex -ως correpto facta est, quod docuit supra jam θεός- et praeterea ἐτός et ἐτως-ἴως. Sed ex ipso -ας suffixo voces:

μογός- τοκος, praeter μόγις

ἔναγχος (cujus stirpem in ο exire docent formae ἀγχοῦ, ἀγχόθι etc.) praeter ἀγχιςβασίη terminationem ος sibi vindicarunt. —

Ἐκτός autem ut ἐντός suffixo -*tas* formata, num ex *tâs* sint correpta difficile erit dijudicatu. Sed videtur hoc suffixum *tas* ablativus esse pronominis *ta*, proprie igitur longam vocalem habuisse. Hic igitur ο Graecum correpto illo α et obscurato in ο haud scio an factum sit.

De vocibus ἦμος τῆμος πῆμος nihil pro certo affirmari potest, quod origo dubia videtur. Si enim derivantur a voce ἦμαρ, nata est terminatio ex ἤμα(τ)ος, τ littera syncopata et α + ο contractis in ως; sic fit ἤμως, ἦμος igitur fuerit correptum. Tum vero nemo dijudicare potest, utrum haec forma genetivus sit an ablativus. Sin vero istae voces pronominalis originis sunt, nempe a stirpe ja-, ta-, pa- formatae, amplificatae sunt suffixo -mo- et sunt ablativi. Quod initium pronominale τ-, π- respicienti probabilius esse videatur.

Etiam πρός huc pertinere et propria praepositionis πρό forma videtur esse. Etenim etiam Latinorum prod - est ablativus, unde intellegere licet, Italos hac in praepositione etiam s oblitterato ablativam vim sensisse. Item πρό ablativum proprie esse puto suffixo ς omisso et α, ut ipsum πρός, in o eorrepto. Πρός autem significat „*von vorne her*“ et cum accusativo conjunctum „*von vorne nach etw. hin*“, cum genetivo autem „*von vorne einer Sache her*“. Quod valde comprobatur si conferas πρός-θεν, quod servavit ς litteram et ad notionem tangit praepositionem πρό, significat enim 1) de loco = ante 2) de defensore dictum = pro für einen, 3) de tempore = prius quam alius. Ad significationem igitur inter πρό et πρόςθεν fere nullum est discrimen. Sed ne quis fortasse Ahrensium secutus dicat hoc ς pertinere ad suffixum -θεν, quod etiam per se falsum est, confero compositionem πρός- φατος = modo necatus a stirpe φεν- derivatam (φατός necatus). Πρός- igitur hic ut alias πρό usitatum est. Ergo elucet πρό e πρός esse natum. Πρό deinde amplificatur per suffixum -τjo- προτjo-, unde fit 1) τj in σσ mutato πρόσσω 2) j in σ mutato et τ absorpto πρόσω, 3) *j* in vocalem ι converso *προτιως, *πρότιος, *πρότις, πρότι et ρ omisso πότι. Deinde vero si vocabulum πάρος conferas = bevor et προπάροιθεν πάροιθεν propter notionis et formae similitudinem concludendum est, πρὸς a πάρος proficisci α littera priori delitescente. Πάρος autem priusquam in πρός abire potuit, transiit in πέρας antique α terminationis servato. (cf. Lob. Pathol. II. 206.) Πέρας servatum est in ἀντιπέρας, quod cum ἀντιπέραν et ἀντιπέρα commutatur et significat ex adverso, πέρα autem trans aut praeter aliquem. Quod vel ipsum Latinum vocabulum „*praeter*“ notiones vocabuli πέρας et πρό inter se cohaerere docet, quem quidem nexum infra sub hoc Latino vocabulo „*praeter*“ ostendere conabor. Ad tempus id quoque respiciendum censeo πέρα cum genetivo conjungi. — Ceterum Graecae istae voces suffixi vocalem corripiunt, Latinum autem prod- producit, atque πέρας

vocabulum docet hoc breve ο ex α esse obtusum non ex ω correpto exortum.

Ac ne dubito quidem, quin horum adverbiorum stirps plane eadem sit quae praepositionis παρά Skt. parâ (cf. Curt. Etym. 241). Quod enim significatio vocis pro = vor in notionem praepositionis παρά = neben transire potest, eodem recedit atque notio vocis πέρας et Latinae praeter. Quo accedit, quod παρά cum genetivo conjunctum motum a loco significat ut πρός. Atque Sanskritica quoque vocabula, quae vulgo comparantur cum Graeco παρά, magis Graeco πρό πρός πάρος παρά c. gen. quam παρά cum accusativo respondent. Velut Sanskriticum parâ = weg, ab, hin = πρός, parâ darauf = vorwärts in der Zeit, paratas = weiter fort.

Atque Zendica vox para = vor, auszer utramque et πρό παρά praepositionum significationem continet. — Ejusdem stirpis atque idem ablativus est πρές -βυς, Cret. πρές -γυς, cujus ε vocalis itidem docet, πρός a forma *πρας exisse.

νόςφι derivatur a stirpe pronominali na- ablativi suffixo *as*, propria igitur forma aut νῶσ -φι est aut νᾶς -φι. De suffixo -φι(ν) infra disputabimus. Propriam hujus casus praebet significationem, denotat enim (procul) illinc.

VI. ς littera delitescit in duobus tantum, quod sciam, vocabulis in δεῦρο et ἀπό.

Praeter ἀπό apud Graecos exstat forma ἄψ, quam Pottius natam esse vult ex ἀπό et σε. Cui conjecturae ad formam et significationem per se nihil repugnare apparet, sed puto si Latinum aps et Graeca illa multa vocabula conferimus, quae vocalem ante ς omiserunt velut λάξ, πύξ etc., verisimilius videatur etiam ἄψ ex ἄπος natam esse. Nam praepositionem ἀπό proprie *ἄπως fuisse nullo modo negari potest respicienti formas ἄπωθεν, Theocriteum (I. 45) ἄποθεν. Hic igitur videre licet Sanscriticas formas non semper originarias esse easque, unde Latinae et Graecae derivandae

sint. Apud Indos enim illa praepositio est apa aut ς littera amissa aut alio nescio quo modo conformata.

VII. Jam secuntur formae in -υς et -υ terminantes. Atque agitur quidem de vocibus: μεσσηγύς μεσσηγύ — εὐθύς, ἰθύς — ἐγγύς — ἀντικρύς ἀντικρύ — πῦς.

μεσσηγύς compositum est ex adjectivo μέσος Lat. medius et stirpe ἀγ-, ut στρατ- ηγός. Pertinet igitur μεσσηγύς ad alteram declinationem, atque -υς exstitit ex -οας, ως, υς. Itaque υ littera obscurata est e vocali ο, quod in Doricis, Aeolica, Boeotica fit dialectis.

εὐθύς autem et ἰθύς facta sunt a stirpe εὐθυ- et ἰθύ-, cujus υ in flexione per ε augetur et in consonantem ϝ mutatur; genetivus igitur proprie est *ἰθέϝος et item ablativus ἰθέϝος. Ex hac vero flexionis forma ἰθύς et εὐθύς natum esse non potest, sed recedere videntur ad formam *ἰθύος, quod contractum in *ἰθῦς correptum fit ἰθύς εὐθύς. Atque hanc quidem flexionem praebet accusativus Homericus (Oδ. δ 434) ἰθύν, quod scholiastes per ὁρμήν πρᾶξιν, ἐκτοῦ ἰθύω πορεύομαι interpretatur. Significat igitur e regione alicujus rei vel Germanice „*aus der Richtung*“.

In ἐγγύς autem Pottius ς e locativo suffixo -θι factum esse vult, ut e δόθι fit δός. Sed hoc in nominibus item evenisse doceri non potest. Quare hoc ς idem quod in ceteris formis esse puto. Quaeritur autem, utrum ἐγγύς ex ἀγχί prodeat litteris α et χ mutatis, an utraque vox suo quaeque modo ab eadem radice derivanda sit. Quae altera quidem sententia magis placet, si conferas Gothicum aggvus atque si reputes Atticos ο hoc in suffixo non mutasse in υ. Conicio igitur ἐγγύς a stirpe ἐγγυ- natum et ut ἰθύς conformatum esse. Si vero ex ipsa voce ἀγχί derivaretur, pertineret ad stirpem alterius declinationis, quam Atticos non vertisse in υ jam dixi et accuratius efficiam.

ἀντικρύς est compositum ex ἀντί et radice verbi κρούω,

quae est κρυ-. Nam κρότος aliaque videntur ex *κροϜτος facta esse ut χοϜή a radice χυ-. Respondet igitur hujus vocabuli suffixnm suffixo ἰθύς vocis.

πῦς. Ammon. de diff. p. 121 haec tradit: πῦς καὶ ποῖ καὶ πεῖ καὶ πῶ διαφέρει παρὰ Δωριεῦσι· τὸ μὲν γὰρ πῦς καὶ ποῖ τὴν εἰς τόπον σημασίαν δηλοῖ· τὸ δὲ πεῖ τὴν ἐν τόπῳ τὸ δὲ πῶ τὴν ἐκ τόπου· ὥσθ' οἱ Δωρίζοντες καὶ λέγοντες πεῖ πορεύῃ ἁμαρτάνουσι· δέον γὰρ πῦς πορεύῃ· τὸγὰρ πεῖ τὴν ἐν τόπῳ σχέσιν δηλοῖ. Σώφρων· πεῖ γάρ ἄσφαλτος, ποῖος εἰλισκοπεῖται ἀντὶ τοῦ ποῦ· ὅταν δὲ εἰς τόπον θέλῃ εἰπεῖν, φησί· πῦς εἰς μυχὸν καταδύῃ ἀντὶ τοῦ εἰς τίνα μυχόν.

Ibid. p. 118: πεῖ καὶ ποῦ παρὰ Δωριεῦσι τὴν εἰς τόπον σημασίαν δηλοῖ· πῆ μὲν τὴν ἐπὶ τόπῳ, ποῦ δὲ τὴν ἐκ τόπου.

Primum apparet Ammonium e Sophrone hausisse, quae de adverbiis istis afferat. Jam vero Ahrens πῦς illud pro ποῖς scriptum esse vult et in textum Sophronis fr. 91 restituit, ποῖ deinde corrigit in πῆ. Eodem quoque modo (pag. 368) ex Hesychii ὕς εἶμι, ἐκεῖ βαδίζω κήνοις vel τήνοις εἶμι et ex ἀμύς ἀμοῖς faciendum esse censet, nam: „*apud Hesychium, ait,* οι *et* υ *promiscua sunt.*“ Quam correctionem titulis Delphicis (pag. 367), ubi ἀποτρέχουσα οἷς κα θέλῃ legitur, addit confirmari. Si vero pergit: „Attica adverbia in οι sigma abjecto ex antiquioribus illis formis, quas Doris servaverat, nata esse apparet. Ceterum ποῖς e πόσε factum esse existimaverim“ nescire sese monstrat, quomodo ποῖ et quomodo οἷς exstiterit. Nam omnino fieri nequit, ut πόσε in ποῖς mutetur; quid esset enim ι littera? Sed ποῖ est locativus, quem, postquam dativi et locativi commixti sint, dativi significationem (= quo?) sibi viedicasse infra monstrabo. Recte autem ς in his formis ex σε factum esse judicavit. Verum satis errat, si Atticum ποῖ ex ποῖς factum esse vult, nam tum demum adverbio ποῖ particula -σε apponi potuit, cum ποῖ per se motum ad locum significaret. Jam vero si Ahrens promiscua Hesychium οι et υ habere contendit, ita intellegendum est, Hesychium quod auribus perceperit tantum, vel

per οι vel per υ descripsisse. Sed de Ammonio, qui e Sophronis litteris istam adnotationem hausit, idem affirmari nequit, aut credendum esset Sophronis mimos ad posterioris temporis elocutionem descriptos Ammonio ob oculos fuisse. Hoc vero eo refutatur, quod antea scripsit ποῖος et ποῖ. Deinde apparet nec Ammonium nec ceteros grammaticos posteriores aliquid certi de quantitate syllabae πυς scivisse, sed e suo ipsos sensu circumflexum accentum posuisse, ut Hesychius ὕς εἰμί acuto accentu scribit haud scio an arbitrio quodam. Quae formae correptae cum facilem atque bonam habeant explicationem, siquidem πύς ex πόσε et ὕς ex ὅσε nata existimes, haud dubito has breves formas et Hesychii glossam genuinam habere. Sed etiam aliud quid contra Ahrensium afferri potest, intellegi enim non potest, cur Ammonius ποῖ scripserit sed πῦς pro ποῖς. At ποῖ Ahrens e πᾷ esse corruptum existimat, quamquam pag. 368 recte apud Thucydidem (V 74): αἱ δέ ποι στρατείας δέῃ exstare putat, quoniam in enclitica forma ς facilius delitescere potuerit. Jam supra dixi eum errare, qui ποῖ ex ποῖς natum esse velit. Quare, cum ποι Dorenses usi sint, non video, cur ne ποῖ quidem adhibere potuerint, praesertim cum etiam p. 118 Ammonium falso ποῖ scripsisse credendum esset. Igitur non habemus, cur ποῖ corrigamus atque πύς formam abjiciamus. — Deinde si accuratius verba: πεῖ γὰρ ἄσφαλτος, ποῖος εἰλισκοπεῖται respicimus, miramur, ni fallor, cur Ammonius verba ποῖος εἰλισκοπεῖται adiecerit, quamquam cum πεῖ—ἀσφ. verbis cohaerere non posse nemo negaverit. Quod ipse sentiens Ahrens in fragm. 91 asteriscum post ἄσφαλτος ponit, quasi quid excidisset. Quem ad modum cur Ammonius verba protulerit, intellegi nequit. Quare corrupta ac sic verba scribenda esse existimo:

„πεῖ γὰρ ἄσφαλτος ἀντὶ τοῦ ποῦ· ὅταν δὲ εἰς τόπον θέλῃ εἰπεῖν, φησί· ποῖ ὅς εἰλισκοπεῖται, πῦς εἰς μυχὸν καταδύῃ ἀντὶ τοῦ εἰς τίνα μυχόν.“ Nam antea ποῖ quoque doricam formam esse dixerat. εἰλισκοπεῖται autem videtur esse circumspicere, ποῖ ὅς εἰλισκ. igitur „*quo is circumspicit*“ aut

fortasse „*oculos vertens.*“ Sed fortasse dubitari potest, num Dores sic ὅς pronomine usi sint, cf. ὅς μὲν- ὅς δὲ Ahr. p. 276. Id vero pro certo habeo, ποῖος corruptum vocabulum continere ποῖ adverbium.

Ut paucis complectar πύς et ὕς non ablativi formas esse duco, sed composita arbitror ex πόσε et ὅσε.

Sed etiam ἀμύς Hesych. = ὁμοῦ, σὺν αὐτῷ Ahrens pro ἀμοῖς positum esse vult, summa, ut mihi videtur, injuria. Primum enim ἀμύς ς apocopato servatum est in Homerico ἄμυ -δις = zusammen, quam Aeolicam esse vocem vocali υ pro ο et spiritu leni comprobatur atque quod Homerus multas Aeolicas formas in suum usum vertit. Item in hac Dorica forma spiritus lenis ab Hesychio traditur, quem cur Ahrens mutaverit, nescio. Certe quidem sibi non constat, si pag. 85 glossam Hesychii: ἄμακις, ἅπαξ· Κρῆτες et ἄματις, ἅπαξ. Ταραντῖνοι genuinam habet, sed hoc loco ἀμύς in ἀμοῖς commutat. Atqui vocis ἀμύς significatio eadem est quae ὁμοῦ genetivi. Quare et propter formam et propter notionem ἀμύς ablativum esse puto stirpis ἀμα-, unde etiam instrumentalis ἅμα proficiscitur. Terminatio enim υς refertur ad -ος, quae aut ex ως corripiebatur aut ex ᾱς in ας et deinde in ος transibat.

ἀλλῦς. Ahr. 368: „*Dubium, ait, ex omni parte est* ἀλλῦς, *quod apud Theognostum (Ann. Ox. II. 163, 10) inter adverbia in* υς *exeuntia sine dialecti vel postestatis significatione commemoratur.*“ Recte Ahrens judicavit dubiam esse originem, sed, ut videtur, ideo tantum, quod dialectus, unde vox sumpta sit, ignoratur. Verum duobus tantum modis vox nata esse potest, aut enim est ablativus adjectivi ἄλλος = ἄλλως, aut est locativus suffixo -σε amplificatus. Atqui si est ablativus Aeolicae sit dialecti necesse est, nam Thessalicae dialecti voces, quae ω in υ (= û) vertebant, litteris ου describebantur a grammaticis. Sin vero est locativus = ἄλλοι -σε ad Boeoticum pertinet sermonem. Atqui apud Homernm adverbium ἄλλυ -δις exstat, quod Aeolicum esse υ efficitur littera. Neque alius dialecti formam

*ἄλλυς traditam habemus, valde igitur fit probabile, ἀλλῦς ad Aeolicam pertinere dialectum, et ablativum esse vocabuli ἄλλος.

VIII. ς terminationis omissum est post υ vocalem in: τῆλυ — δεῦρυ aeol. = δεῦρο — ἄλλυδις — πάγχυ et πάνυ.

τῆλυ = τῆλε, quod testatur Apollonius de pron. p. 329, a stirpe τῆλο- formatum esse elucet e formis τηλόσε, τηλόθεν, τηλοῦ. Apud Atticos non invenitur, sed si in τηλύγετος contineri verum est, ad Aeolicam pertinet dialectum.

ἄλλυδις (cf. ἀλλῦς) aeolicum est, atque ab Homero eumque secutis poëtis vel ab Apollonio Rhd. et Theocrito (Hym. 22, 20) usurpatum est.

ἄμυδις cf. ἀμύς, Aeolicum est.

πάγχυ et πάνυ. Usenerus πάγχυ eodem atque πανταχοῦ etc. suffixo -χο formatum esse censet. Sed invenitur hoc vocabulum apud Homerum et Herodotum, id est in vulgari Jonica dialecto, deinde apud Aristophanem, Aeschylum, Pindarum. Curtius (Et. 644) paucas voces collegit, ubi antiquum α in υ apud Atticos et Jones transiit. Quarum in numero nulla invenitur, quae α vel ο alterius declinationis in υ mutaverit.

Hoc rarius apud Dores spectabamus saepius apud Aeoles, qui formas praebent: ἀπύ δεῦρυ κατύ τῆλυ ἄλλυδις (ἀλλῦς) ἄμυδις μεσσηγύ(ς) et adverbia in -υι. Quod cum numquam apud Jones factum esse videamus, jure dubitabimus, num πάγχυ et πάνυ ad stirpem alterius declinationis referamus. Neque magis Curtius (pag. 455) probandus est, qui υ in πάγχυ „*Aeolice*“ pro οι vel ο positum vult. Nam Herodotus vulgari Jonum sermone utitur, nec poetice dialectos, ut Homerus, miscet. Huc accedit, quod repugnat accentus, qui in omnibus vocabulis per -χο suffixum formatis ultimam syllabam obtinet. Quare mihi quidem prior voca-

buli pars neutrum πᾶν et altera de verbi χέω stirpe χυ- derivanda esse videtur, ita ut πάγχυ proprie sit *πάγχυς ablativus atque formatus quidem ut ἀντικρύς. Significat autem proprie „*plane fuse*“ et adhibetur fundendi notio ut apud Latinos de actione, quae longe lateque patet. Ejusdem etiam πάνυ originis videtur esse, χ consonanti post ν debilitata ac deinde syncopata.

Quae cum ita sint, duplicem terminationis υς et υ originem discernamus oportet:

I. 1) υς exit ab ως et est ῡς ἀλλῦς, deinde corripitur.

2) υς breve exit ab ος aut = ως aut = ας.

II. υς exit ab ῡς contracto ex υας vel υος.

Prioris generis 1 sunt Aeolum voces in ῡς et υς, υ, quippe quos etiam ω longum in υ mutasse sequitur e formis: χελύνη = χελώνη, τέκτυν = -ων, μῦμα = μῶμα, quorumque ablativum ἀλλῦς traditum habeamus. Ad I. 2 pertinent paucae Doriensium voces in υς exeuntes. Alterius generis sunt formae: ἀντικρύς, εὐθύς, ἰθύς, πάγχυ πάνυ, cujus Attici et Jones solius participes sunt.

IX. Jam transimus ad voces in -ις terminantes.

-δις Dor. δες (Ahr. 373).

χαμάδις (χαμᾶζε), ἄλλυδις, ἀμοιβαδίς, ἄμυδις, αὐτονυχιδίς, ἐνωπαδίς, ὠμαδίς = in humerum, οἴκαδις Megarice Acharn. 704. 707.

Pertinet hoc suffixum ad stirpem pronominalem ja- et est natum ex forma *δjas non e *δjως, ut Doricum monstrat -δες, Attic. -δε, quae δις formam ad temporis rationem antecessisse apparet. -δις autem apud Megarenses in usu fuisse ab Aristophane, apud Aeoles vocibus ἄλλυ -δις, ἄμυδις probatur. Significat autem suffixum 1) motum in locum 2) quietem in loco vel tempore (αὐτονυχιδίς). Mirum esse potest, quod ab interroganti: in quem locum? ablativus ponitur. Sed -δις non per se significat „*eo*“, verum proprie „*abhinc*“, atque substantivo demum, cui adjungitur -δις, motus in lo-

cum denotatur. Idem in Latino „*de*“ et „*ad*“ videre licet, quorum utrumque proficiscitur ab Indico adhi vel adhas, proprie igitur „*von hier herab*“ significat.

Ejusdem porro atque -δις formationis et originis est -ζε. Velut praeter χαμάδις χαμᾶζε, Ἀθήναζε in veniuntur, nam e *δjas fiebat *ζες vel *j* omisso δες et ς apocopato ζε vel δε. Unde sequitur eo tempore, ubi *j* a Graecis pronuntiabatur, stirpes alterius declinationis α stirpis vocalem etiam tum conservasse.

Nec minus particula adversativa δέ huc pertinet, quae ablativi propriam notionem servans significat „*fort von hier*“ ut Latine se -d „*fort von sich*“, etenim amovendo enuntiato a praecedenti oppositio sententiarum efficitur. Etiam -δε in ὅδε, τοῦδε etc. eadem videtur esse particula, auget enim vim demonstrationis et proprie „*der hier*“ significet oportet (cf. pg. 9 -θα in ἔνθα).

-θις. — αὖθις (et cmpst.) Jonice αὖτις.

Dubitari non potest, quin θ propria sit suffixi littera non Jonicum τ, nam Jones saepius proprias aspiratas consonantes anima privasse constat, velut in δέκομαι pro δέχομαι. Terminatio ις cum pertineat ad ας, suffixum -θις ex -θας, α in ι attenuato, natum esse oportet. θας autem pg. 9 e σας Laconico et θα Dorico et Aeolico concludebamus, concinunt igitur θις et θα suffixa. Pottius -θις e Sanscritica praepositione adhi natum esse censet, sed quid ς sit, non explicat. Quare si omnino Sanscriticam formam comparare attinet, adhas Graeco θας et θις respondere videtur (cf. Benf. Grmmt. 520. I, 11.), quod vocabulum etiam Pottius ablativum esse conicit, significat enim „*von der Höhe herab*“. Differunt autem voces, quod Graecae voculae θας et θις tantum motum in planitie vergentem significant, Sanscriticum vero adhas et adhi motum a superiore loco ad inferiorem petentem exprimit, ut Latinum quoque de.

μόγις aeol. μύγις = paene, vix.

Haec vox ad μόγος pertinet = labor, stirps igitur est

μόγο-. Praeter μόγις exstat forma μόγος in μογόστοκος, quae, cum ι ex ο vel ω non existat, ad *μόγᾱς *μόγας reducenda est.

ἀμφουδίς Hesych. ἀμφοῦδις. Od. 17. 237: κάρη ἀμφουδὶς ἀείρας. Dissentiunt commentatores, utrum sit humo an humum, cf. Ameis Anhng. Mihi videtur esse simplicissimum vertere „*humo.*" Natum est a nomine οὐδός, et significatio videtur esse ablativi.

ἄνις idem significat quod ἄνευ, num vero eadem forma sit, dubium est. Etenim ut μόγις a *μογας ita ἄνις ab *ἄνας proficiscitur, id est ab ablativo stirpis pronominalis ἀνα- (cf. Pott. Prp. 298), atque proprie significat „*von dort*" deinde „*ohne*". ἄνευ autem, quod, cum ς terminatio nunquam repperiatur, genetivus ejusdem stirpis esse videtur, Jonum more ex εο contractus est.

χωρίς = praeter, sine exit a substantivo χῶρος = spatium, locus et proprie significat procul a loco, attenuatum est ις ex ες.

ἀμφίς. Recte cum stirpe Sanscriticae vocis abhi -tas comparatur, sed ἀμφίς Graeca vel potius Graeco-italica conformatio e stirpe ἀμφο- proficiscitur. Nam Osci habent formam amfr Umbri ampr, quas rectissime Curtius Graceo ἀμφίς respondere censet. Subest igitur forma *ἀμφας, quae significat ab utraque parte. ἀμφί autem utrum ς amiserit, an sit locativus, dijudicare nequeo.

λέχρις, λικρι -φίς cf. Curt. Ety. 328.

Exstat adjectivum λέχριος, unde λέχρις ablativus optime proficiscitur, ut *προτις pro *προτιος, pro *λεχριας vel *λέχριος. Praeterea autem adjectivum λικρός ab Hesychio traditur, unde λικρι- exire apparet, quod ipsum λικρι- e *λικρις decurtatum esse videtur. De suffixo -φις cf. infra.

μόλις a μόλος, πόνος μάχη Hesych. (cf. Lob. Pathol. 113 Adn.) proficiscitur.

-κις cf. supra sub ἕκας, a stirpe κο- derivatur.

ἄχρις ἄχρι. Curt. Et. 174. Haud dubito, quin falso haec

vox ab ἀγχί derivetur, equidem enim, quomodo sic suam significationem sibi vindicaverit, invenire nequeo. Neque difficilis videtur vocabuli etymologia esse, originem enim ducit a substantivo χρώς atque est ablativus -χρις pro *χροις ex *χροας factus; ἀ- autem est = ἅμα atque significat „*cum superficie rei.*“ Ejusdem quoque originis est μέχρις, sed pro ἀ- praepositione με-τά adhibitum est. Nam μετά est compositum e με- et τα pronomine demonstrativo, με- autem respondet Aeolico et Boeotica πε- in πεδα, Latino pos-. Etenim -δα in πεδα est pronominis demonstrativi ja, differt igitur μετά a πέδα sola pronominali stirpe subdita.

Atque ipsum ὄφρα idem esse videtur, χ in φ mutato Aeolum more, atque ἄχρις; ο enim respondet ἀ = ἅμα et *χροας in *χρα(ς), -φρα vertebatur. (cf. Curt. Et, 423.)

μέσφα autem ejusdem significationis videtur derivandum esse ex μεσο- et suffixo φι(ς), quod e -bhyas factum esse videbimus, significat igitur „*a medio alicujus rei.*“

De fluctuatione formarum in ις et ι exeuntium confer Lob. ad. Phryn. p. 14. Pathol. 2, 210.

ἅλις utrum e neutro ἀλές an ex ablativo *ἀλεσας *ἀλεσις natum sit, integrum relinquendum est.

αὐτονυχίς Lob. Pathl. II 213. proficiscitur a nominativo νύξ, cujus casus obliquos non solum a themate -κτ sed etiam -χ formatos esse accusativo νύχα ab Hesychio tradito docetur. Hoc igitur primum certum exemplum ablativi Graeci a stirpe consonanti formati videtur esse, nam genetivus suffixum ας vel ος in -ις nunquam mutavit.

ὀπις- αμβώ das Rückwaertsgehen, aeol. ὔπισθεν, ὀψί; ὄπισθεν ep. ὄπι-θεν, ὀψέ, ὀπίσσω ὀπίσω.

Pottius veretur propter dissimiles vocales ο et α ὄπις-cum ἀπό conferre, quasi tale quid offendere debeat, si ἅμα et ὁμοῦ compares. ἀπό et ὄπις sunt eaedem formae sed ὄπις, cum proficiscatur ab *απας, antiquioris est temporis formatio, ἀπό autem posterioris, cum derivetur a forma *ἀπως. Ὄπις- autem et ἄψ ad eandem formam *ἄπις reducenda sunt, in

ὄπις vero prior vocalis e dissimilationis lege in o mutabatur. Quam quidem vocalem Aeoles, ut solent, in υ vertebant, ὔπισθα, quod contra (υ in ο) factum esse effici nequit; itaque Pottius reiciendus est, qui ὑπό praepositionem subesse judicavit.

Utrum ὀψί aeol. et ὀψέ trajectis ς et ι litteris facta sint, an amplificato ὀπις- per ο, dijudicari nequit. Nam, ut ὀπίσω, sic *ὀπίσει stirpis ὀπισο- vel potius ὀπισε- (cf. exc.) locativus esse potuerit, unde ὀψί et ὀψέ sint attenuata.

ὄπις- igitur ad significationem respondet Latino post, quod ejusdem originis esse infra ostendam. σ omittitur in formis ὄπι-θεν, ὔπι-θεν, ὀπί-σσω = *ὀπίτjω.

Miros nos habebit forma Aeschyli Supl. 617 εἰςόπιν et κατόπιν, quae formatae sunt, quasi ὄπις substantivi esset nominativus, ut a δύναμις fit δύναμιν. Haud dubie exstiterunt errante sensu ejus, qui fabricavit secumque reputavit ὄπις esse nominativum, accusativum igitur, quem εἰς et κατὰ praepositiones poscerent, esse ὄπιν.

X. Nonnullos hujusmodi ablativos in ις terminantes ς amisisse supra jam adnotavimus πρότι, πότι — ἄχρι, μέχρι — δισσα-κι — χῶρι Ahr. Dor. 384. — ἄγχι praeter ἀγχισ-βασίη Suid. Lob. Pathl. 2, 212. — δις, δι —, ἡμι- Latine semis semi- Curt. Et. 291. — ἔνι praeter εἰς ex ἔνις (cf. sub εἰς pg. 28) — δευρί autem videtur factum esse ex *δευρο-ι. — In πάγχι apud Orphicos = πάγχυ est, ut raro fit, υ in ι mutatum, quam vocalium fluctuationem Curt. Et. II 290 accuratius disquirit.

XI. Venimus ad terminationem -ες

Dor. -δες cf. supra pg. 28.

δ ι ά μ π ε ρ ε ς Curt. Et. pg. 645 hoc vocabulum confert cum δια-πρύ-σιος, διαπρύσιος natum videtur esse Aeolice ex διαπροτι-ος. Aliter autem, quamvis ab eadem stirpe, διάμπερες formatum est, constat enim ex διά-, ἀνά, περες.

Περες autem proficiscitur a stirpe παρα-, unde πάρος, πέρας πρός etc. derivari videbamus. Ad formam proxime περες accedit ad vocem πέρας, minus ad notionem, quae ut in *πρύσιος πρός etc. motionem a facie significat, id est „*von vorne her.*"

Eadem, priori ε syncopato, forma exstat in πρές-βυς, cret. πρές-γυς.

Etiam ἀές αἰές huc pertinere videntur. Nam haud scio an ad stirpem αἰϝο- Lat. aevum sint referenda, cujus sint ablativi et denotent „*ex prisco tempore.*"

XII. Terminationem ε, ς omisso, invenimus in:

-θε(ν), δὲ-δε-ζε cf. pg. 22. — ἀγχέ-μαχος cf. ἀγχις-βασίη — ἀέ. — τέ-τε.

XIII. Denique perlustrandae sunt voces, in quibus vocalis suffixi, et partem stirpis quoque evanuit atque ς tantum remansit. Has voces esse ablativos inde sequitur, quod ς suffixi propter adverbialem notionem ad nominativum pertinere nequit, deinde quod nonnullae harum vocum ab altera declinatione derivantur, genetivi igitur esse non possunt.

ἀμύξ zerstechend, verbum ejusdem stirpis est ἀμύσσω, cujus stirpem esse μυκ- docet glossa Hesychii ἀμυκαλαί, αἱ αἰκίδες τῶν βελῶν παρὰ τὸ ἀμύσσειν. (Curt. Et. 480, Lat. mucro). Nominativus autem fuerit oportet ἀμύξ, ut a πλήσσω fit adjectivum ἀμφιπλήξ, ablativus autem fuit *ἀμυκας, -κις, -κς.

ἀμφαλλάξ, ἐπ-αλλάξ, ἐναλλάξ originem ducunt a stirpe ἀλλακ- verbi ἀλλάσσω. — πλίξ et αμφιπλίξ. Soph. frg. 338. Etm. M. p. 395, 11; a verbo πλίσσεσθαι derivatur. — ἅπαξ dor. ἅμακις Ahr. 85. — ἐπιβλύξ, ἐπιβλύζω. — μίξ ἐπιμίξ, st. μιγ-. — λάξ st. κλακ- Curt. Etymol. 325 Lat. calx.

ὀκλάξ et ὀκλάς. Verbum est ὀκλάζω = conflexis genibus considere in calces, ὀκλάξ considens in calces = ὀκ-

λαδόν. Duas stirpes adverbiis illis subesse apparet: 1, ο-κλακ-, quae sine dubio eadem est atque vocis λάξ. Altera autem stirps caret sub fine littera κ. Nec vero propter notionis ceterarumque litterarum similitudinem dubitare possumus, quin ab eadem radice haec adverbia proficiscantur. Quare judicandum puto, cum stirps καλκ- haud dubie e radice καλ- amplificata sit (cf. Curt. Et. 325), ὀκλαδόν autem et ὀκλάζω stirpem per δ amplificatam praestent, ὀκλάς natum esse ex *ὀκλάδς = *ὀκλαδας.

πύξ st. πυγ-. — ἔμπας ἔμπης st. παντ-. Pindar hujus ablativi etiam ς omisit (Pyth. 4, 36) ἔμπα.

δάξ et ὀδάξ falso cum ὀδοντ- cohaerere dicuntur, originem enim ducunt a verbo δάκνω, δάξ = *δακας, ὀδάξ autem eodem praefixo, quo ὀκλάξ (= ἅμα) instructum est.

γνύξ (et πρόχνυ) apparet litteram κ vel γ in ξ ad radicem pertinere non posse, haec enim est gonu vel gnu, si vero ceterarum modo tractatarum formationum similitudinem sequimur, attinet verbum aliquod invenire, unde γνύξ derivari possit. Quod fieri posse a verbo γουνάζομαι, nemo negabit, hoc enim proprie est γονϝάζομαι, quod ϝ in vocalem υ mutato facile γονύζομαι et γνύζομαι vel active γνύζω existere potuit. Atqui Graeci sibi non constant in his verbis flectendis, quorum ζ exit a simplici *j* aut δ aut γ parasitice praefigente. Certe quidem haec verba et thema *k* et *t* monstrant, quod Homericus et ceterarum dialectorum usus docet. Itaque exstitit stirps γνυγ- et γνυδ- e stirpe γνυj-, quarum a priore exoritur γνύξ, ab altera vero πρόχνυ pro *πρόχνυς ut ἔμπα ex ἔμπας.

ὑπαντάξ Arstph. fr. 132 usus est pro ἀντικρύ. Natum est ex ἀντί ὑπό et ἄγω, ut ἀντικρύ ex ἀντί et κρούω; pertinet igitur ad alteram declinationem.

πέριξ, dubium est quomodo sit formatum. — μουνάξ videtur pertinere ad adjectivum μοναχός. — πλευράξ, aeol. εὐράξ (Ahr. 75) videntur esse formata ut ὑπαντάξ aut ut γνύξ. — προ-τύψ pertinet ad stirpem τυπ-.

εἶς, ἕς, cret. ἐνς, aeol. ἐνν:

Praepositiones εἰς et ἐν proprie non esse diversas, docent eae dialecti, quae una tantum forma utuntur = in. Forma autem Cretica ἐνς et Homerica ἐνί dilucide monstrant, proprie hanc praepositionem fuisse *ἐνις. Qua cum forma si ἄνις conferas, has voces, quamquam ad notionem valde differunt, ad formam tamen plane concinere concesseris.

Ac ne notionem quidem praepositionis εἰς e significatione adverbii ἄνις elicere difficile esse videtur. Nam si εἰς proprie significat „*von hier*", accusativo indicatur, quo motus „*abhinc*" petat velut in agrum. Quod idem de ἐν c. dat. dici nequit, quia hic de quiete nec de motu agitur. Sed facile animo fingitur, si quando forma ἄνις vel ἔνις cum accusativo juncta „*in locum*" significabat, paullatim propriae notionis sensum delituisse et quietis exprimendae causa etiam cum dativo hanc vocem conjunctam esse. Ideo igitur et cum umbrica praepositio anter ejusdem originis etiam α vocalem servet, *ἔνις et ἄνις nullo modo discerni licere arbitror. Propriam autem significationem Boeotica et Thessalica praepositio ἐς servavit, quam haud dubito ad εἰς = *ἐνις referre, cum praeter leges linguae Graeca esset, si ἐξ in *ἐς mutaretur.

ἐξ, ἐκ Lat. ex. Quantum scio, nulla hujus vocis explicandae ratio probabilis est, velut Potti vahis Sanscriticum. Haec praepositio nec apud Indos nec apud Germanos invenitur, nimirum quia e duobus pronominibus composita est. Ante ς evanuit vocalis atque fuit forma voculae proprie *ἐκας *ἐκις. De parte autem κας, κις pg. 2 sq. jam tractavimus; ἐ- vero pertinet ad stirpem pronominalem i- aut ja-, atque tota compositio respondet voci Ϝέκας. Significat autem proprie abhinc, fort von hier. Ab hac praepositione etiam Latinum igi-tur ducit originem, proprie igitus, atque vocalem in ἐξ syncopatam servat, simulque docet non vahis subesse posse. Nam *g* littera non fit ex *h* consonanti, sed saepe ut hic ex c.

Si recte supra rem disquisivimus, non dico in singulis rebus ac vocibus, nam in his facile erroris quid irrepserit,

sed dico in universum terminationes ablativi varias definientes vocabulorumque stirpes investigantes, — haec tabella statuenda erit:

I Decl.: st. — α
1. â longum ἀκᾶ
2. α breve ς servato ἄκασ-κα
3. α „ ς omisso σῖγα

II Decl.: st. — ο, proprie α, deinde ε
1. α breve servato ς: κας
2. α „ oblitterato ς: κα
3. ως: καλῶς
4. -ω οὕτω
5. -ος
a = -ας: πρός
b = -ως: θεός-δοτος
6. -ο
a = -α: πρό
b = -ω: ἀπό
7. -υς
a = ως ἀλλῦς
b = ας(ος) ἀμύς Dor.
c = υος εὐθύς
8. -υ
a = ως ἄλλυδις
b = ας Dor. desirantur exempla
9. -ις: ἄνις
10. -ι: ἐνί
11. ες: διάμπερες
12. ε: ἀγχέ-μαχος
13. ς ἄψ

III Decl.:
A Stirpes — conson:
1. -α: ἀμμίγα
2. -ις: αὐτονυχίς
3. -ς: λάξ
4. -toto suffixo amisso: πρόχνυ (= *προχνυ-δάς), ἔμπα
b: stirpes in -ες
1. ας: ἀτρέμας
2. ις· ἄλις
c: st. Ϝ: ι(ς): μέχρι
B Strp. vocal. -υ.
1. υς: εὐθύς
2. υ: ἀντικρύ·

Excursus.

De vocalibus α et ο in stirpibus et suffixis alterius declinationis.

Curtius α proprium stirpium alterius declinationis jam, antequam Graeci et Itali discesserint, in ο transiisse pro certo affirmat (Erläut. pg. 55). Sed complures formae declina-

tionis, quae e stirpe *α* nascuntur contra pugnare videntur. Quare conferemus nonnullos casus alterius declinationes atque, num vocali stirpis discrepent apud Italos et Graecos, disquiremus. Si vero discrepant, sequitur Graecos et Italos suo quosque modo *α* stirpis vocalem mutasse.

1. Genetivum sgl., quamquam apud Graecos constanter o vocalem praebet, in Italicis tamen sermonibus ab -*α* exisse apparet:

Lat. (ei), i — Osk. eis — Umbr. ês, êr.

Nam quamquam recte Büchlerus contendit Latinum *ei*, quod Atti tempore exstat, non diphthongum esse, sed longam tantum *i* vocalem exprimere, tamen Oscica et Umbrica flexio (eis, ês) efficit, stirpem fuisse -*a* non *o*, nam ex *oi* non fit *ei*. Differt igitur hoc in casu Graecorum et Italorum stirpis vocalis.

2. Dativus et Locativus sgl.

Apud Atticos -ῳ, apud Aeoles -ῳ, -ω, apud Thessalos -ου. In Atthide constat -ο + οι contrahi in οι non in ῳ, velut in verbis: μισθοῖ, μισθοῖτο Opt., atqui dativus est -ῳ. Apparet igitur hunc dativum aut ex -αοι aut ex -οαι natum esse oportere. Idem valet de Aeolica (cf. infra) et Thessalica forma, ubi ι vocalis paullatim delituit.

Formae autem Arcadum -οι et Boeotorum -οι, -υ (= οι) ad locativum ex *o* + *i* factum referendae videntur.

Aeolum deinde locativus ἄλλυι ad stirpem -ο pertinet, Doricus autem αἰ τεῖδε etc., Atticus πανστρατεί, εἰ ad stirpem -α, unde fit -αι deinde -ει.

Latin. a stirpe -o factum est agrô vel antiquius quoi, atque item Osc. hortui a stirpe -o proficiscitur. Locativus autem Latinorum et Oscorum in -*ei* (Crss. Auspr. I p. 773 sq.) praebet stirpem -a.

Unde sequitur, Graecos ipsos locativum a stirpibus in -*α* et -o derivasse, cum autem Latini constanter praebeant for-

mam -*ei* vel -*i*, Graecoitalica aetate hunc casum a stirpe -α esse derivatum.

Dativi contra ῳ putamus coaluisse ex οαι.

Dativus plr. apud Graecos -οις a stirpe -ο formatus est, item Oscorum *uis* (e), sed Umbricae formae *eis is eir* Latinorumque *eis*, *is* ad stirpem -a pertinent, quamquam oloes proficiscitur a stirpe -o.

Huc accedunt e numero formarum supra tractatarum

1. πρός, πρό, quod propter πέρας a stirpe παρα- derivare cogebamur; Latin. pro -d. Latina enim forma ablativus esse etiam *s* ablativi omisso sentiebatur. Latini igitur hunc ablativum a stirpe -o, Graeci a stirpe -α derivarunt.

2. χωρίς. Terminatio -ις pertinet ad stirpem -α, quae quidem stirps posterius χωρο- fuit. Nam stirpem substantivi χώρα subesse, credi non potest, quod ab χώρα ablativus esset *χωρᾱ-ας. Sed hoc ᾱ contractum (α + α + α) in -ις attenuari posse et exemplis caret neque per se est probabile.

3. Ex hac eadem causa etiam ceterae voces in -ις (cf. pg. 21 sq.) a stirpibus primae declinationis formatae esse nequeunt.

Quo etiam instrumentalia adverbia in -α accedunt, quae omnia esse femininalis originis serio cogitari non potest; cum ceteroquin Latinus et Graecus sermo adverbia a neutri generis stirpibus derivare soleat.

Sed etiam, instrumentali omisso casu, dilucide sequitur, Graecoitalicum sermonem nondum habuisse alteram, quae dicitur, declinationem.

Quod etiam comprobatur et illustratur alia quadam stirpium alterius declinationis variatione. Nempe haud paucae formae exstant pronominales apud Graecos, quae stirpis vocalem praebent -ε, quamquam ceteroquin ο- declinationem secuntur.

1. Pronom. person.

Gen. Hom. ἐμέο, ἐμεῦ μεῦ, ἐμεῖο, ἐμέθε

Jon. ἐμέο „ „

Aeol. ἐμέθεν

Boeot. ἐμούς (ου = υ), proprie Abblativus est.

Dor. ἐμέος etc. cf. pag. 10.

Item in altera et tertia persona res se habet.

Lat. me-i, tu-i, sui

Dativ. Hom.: ἐμοί, τοι, aut sunt locativi stirpis -ο aut dativi stirpis -ε suffixo αι in οι mutato.

τε-ίν.

Atti. Jon. Aeol. Boeot. ἐμοί.

Dor. ἐμίν, ἐμίνη (sff. bhyam)

τίν, τίνη, τείν

ἕν

ἐμοί τοι οἱ cf. Ahr. 251 sq.

Lat. mihi[ei] tibi[ei] sibi[ei] (sff. bhyam)

Umbr. sefe . . . Osc. si -fei

Accus. ἐμέ

μίν, νίν (st. να-)

Lat. me. Umbr. ti -o = tiom (st. pron. possess.)

Plur.

Nom. ἡμεῖς (= εες) Hom. Att.

Aeol. ἄμμε -ς

Boeot. ὑμές post. οὐμές

Dor. ἀμές ὑμές σφεῖς

Lat. nôs, vôs.

Genit. Att. ἡμῶν (εων)

Hom. ἡμέων (ep. ἡμε -ι -ων)

Aeol. ἀμμέων

Boeot. ὑμέων

Dor. ἀμέων, ὑμῶν, σφείων

Dat. Att. ἡμῖν

Hom. ἄμμιν

Jon. ἡμῖν ἧμιν

Aeol. ἄμμι, Alc. semel ἄμε -σιν

Boeot. ὑμῖν

Dor. ἁμίν

Lat. nôbis, vôbis.

Accus. Att. ἡμᾶς

Ho. ἡμέας ἄμμε, σφάς σφέας σφείας σφε

Jon. ἡμέας ntr. σφέα

Aeol. ἄμμε

Dor. ἁμέ ὑμέ

Lat. nôs, vôs.

Stirpes, unde hae formae derivantur Graecae, sunt με-, τε- vel σε, ἑ = σϝε, νίν autem pertinet ad stirpem νε- = να-. In ἐμοί etc. ἐμῶς apparet stirps -ο. Elucet igitur antiquam tirpem -α hic in -ε transiisse. Dorica autem ι vocalis facta est ex ε. Quam stirpem -e etiam Latinae et Italicae formae singulares monstrant nec vero plurales, unde Latinum et Graecum sermonem e suo quemque arbitrio haec pronomina flexisse apparet.

Idem videmus esse factum in:

1) stirpe ja- abl. -δες, δέ, -δις; dat. τοίςδεσσι, gen. aeol. τώνδεων; δε -ινα; δεῦρο;

2) in stirpe na- et ana-: Arcd. -νι locat. cf. νίν; ἄνις, ἔνι, ἄνευ;

3) in stirpe κa-, κε- ινος, loct. ἐκεῖ. (Dor. τῆνος antiquum α + ι monstraverit), κις;

4) in stirpe ta-, ablt. -τε in ὅτε τότε, Ho. εὖ -τε;

5) in stirpe tja- Hom. ὅττεο ὅττευ.

Item apud Latinos:

is- te, ille, hice.

Neque scio, cur viri docti Jonicas formas genetivi pluralis alterius declinationis in -εων (πυρέων, γλουτέων, σιτοποιέων, αὐτέων τουτέων Krg. Dial. § 16, 2, 1) genuinas esse negent; quamqam syllaba -ων non ex o- stirpis et αν suffixo coaluisse apparet ex prima declinatione, ubi cum suffixo -ων stirpis vocalis -α contrahitur in -ῶν. Quare si ων est suffixum, per se exspectandum est stirpis vocalem -o aliquo

modo insertam aut contractam inveniri. Quam, cum suffixo non contracta sit, quod accentus docet, verisimile videtur in ε esse attenuatam, deinde autem plane omissam, ita nempe ut ex τούτεων τούτjων τούτων fieret. Ex hac igitur quidem parte Jonicae illae formae comprobari possunt.

Hanc vocalium mutationem attigi fortasse tantum, nec sperare licet omnes formas ac voces, quae huc cadunt, me contulisse. Sed etiam ex his concludere licet, Graecoitalicum sermonem nondum alteram (o) declinationem habuisse. Deinde sequitur has stirpes proprie in -a exeuntes etiam in -e esse mutatatas et apud Graecos et apud Italos; sed differunt vestigia Graeca et Latina. Deinde vero cum vivi Italici casus supra tractati (Gen. Lecat. sgl. Dat. plur.), quamquam ad a- stirpem pertinent, tamen hoc *a* jam in *e* mutaverint, rectius ad declinationem in -e referuntur. Atqui cum e in o mutari apud Graecos et Italos notum sit, nec vero contra, atque quoniam apud Graecos pronomina ceteroquin antiquas formas praebentia hanc flexionem in -ε habeant, concludendum censeo, a stirpis alterius declinationis primum abiisse in e deinde demum in o. Quod suspicatus est etiam Curtius, nec vero addidit argumentationem. Praeterea autem quoniam Graecae et Italicae formae hac in re non consentiunt, et quoniam apud Graecos nonnullas voces inveniebamus, quae stirpem alterius in -α prae se ferunt, concludemus hanc stirpis vocalem -α digressis Italis et Graecis demum in ε et o esse conversam.

Jam sequitur, ut in suffixa inquiramus, quae antiquum α servaverint.

Genetivus fem. primae declinationis in Graecoitalico sermone suffixum jas habuerit oportet. Arcades α mntant in o deinde in υ, -αυ, aut *j* mutant in Ϝ, abjiciunt α suffixi et αϜ vertunt in αυ, quod in masculinis primae Corcyraeos fecisse forma -αϜo comprabatur. (Curt. Et.) Latini autem masculinarum et femininarum vocum eandem praebent genetivi formam. Jones αo suo ritu in εω mutant, Aeoli et Dorienses

habent α, quod cur ad αο nec potius ad αα referendum sit nescio (cf. p. 36 sq.). Attici etiam α stirpis in ο obtundunt et contrahunt in ου. In quibusdam vero nominibus propriis stirpem et suffixum in α contrahunt, quod dubito an nemo ad αο sed potius ad αα pertinere censeat. Apud Latinos fit terminatio: -aes (medaes), ai, ae, as (cf. Büchl.).

Alterius declinationis genetivus singularis Latinus et Oscicus *i* habet suffixum, Umbricus *e* (e + i), quod *i* ex *a* suffixi natum esse apparet. Sed Thessalicum οι et epicum οιο comprobant *a* suffixi transiisse in ο, *j* autem in vocalem ι esse mutatum. Dorienses vero et Aeoli atque Boeoti formam ω praebent, quae utrum sit ex οο, ut viri docti judicant, nata an ex οα paullo infra disquiremus.

In tertia declinatione genetivus sgl. apud Latinos *us*, *is* et stirpium in *i* exeuntium *es*, *eis*, *is* fuit. Apud Umbros et Oscos *es* et *eis* suffixa stirpes in -*i* sequentia inveniuntur, Graeci habent -ος. Forma igitur Graecoitalica fuit as, quod antecedentem *i* vocalem stirpis in *e* mutasse videtur eodem modo quo apud Germanos fit, quod Grimm vocat „*Brechung*"; aut *i* stirpis per *e* vocalem amplificatum est. Certe quidem apud Italos *a* suffixi in *i* attenuatur.

In genetivo plurali primae declinationis Dorienses habent suffixum -ᾶν, ceteri ῶν, άων etc., Dorienses igitur suffixum -αν ad stirpem α- adjungebant.

Deinde haud paucos ablativos inveniebamus, qui aut ipsam ας vel α formam praebebant aut inde derivandi erant, suffixum igitur apparet fuisse -ας. Idem suffixum -α quoque ablativum tertiae Latinum (*i* et *e*) habuisse oportet.

Etiam instrumentalem videbimus habuisse -α suffixum. Quo accedunt formae in ως et ω et Dativus alterius in ῳ, quas aut stirpis aut suffixi α habuisse necesse est.

Ex his colligitur in prima declinatione suffixa genetivi singularis et pluralis ipso in Graeco sermone α mutasse in ο et ω, ablativum autem tertiae apud Latinos omnino non o

sibi vindicasse sed *a* in *e* vel *i* attenuasse, *as* igitur ad Graecoitalicam pertinere aetatem. Idem valet de instrumentali casu. Unde id quidem est concludendum, nonnulla suffixa posterius o praebentia hoc o in Graeco vel in Latino accepisse sermone.

Deinde vero si supra recte judicavimus stirpes alterius declinationis α primum in ε deinde in ο attenuasse, oportebit nos formas ως ω ῳ ex ο+α coaluisse putare Nam et per se probabile est isto tempore nondum vocales stirpis et suffixi coaluisse, et comprobat nominativus dualis Graecus, qui apud Atticos in altera declinatione habet terminationem ω (= ο+α vel α+ο) in tertia autem ε (=α), cujus suffixum igitur omnino in ο abiisse non videtur. Deinde e formis genetivi ἐμε -ῖο et πεδί -οι -ο elucere videtur, litteram *j* suffixi tum demum evanuisse, cum stirpis vocalis -ο esset. Unde Doricum genetivum in -ω exstitisse ex ο+α sequitur. Quam quidem rationem etiam Atticum πεδί -ου (= οο) suadeat, hic enim j (ut in οιο) demum, etiam suffixi α in ο verso, delituit. Etiam clarius idem nominativo plurali in οι efficitur, ubi suffixum ας disjuncte auditum esse necesse est, ut α vel ε stirpis in ο mutari posset. Quare cum existimare cogamur stirpis et suffixi vocales non coaluisse, antequam stirpis vocalis in ὁ transierit, nostro jure concludemus, ablativos in ως et ω genetivum in ω dativum in ῳ ω ου ex ο+α contractos esse nec contra. —

Jam vero cum ο+α in α et ο+ο in ω apud Dorienses et Aeoles contrahi negaverimus, hic nostro jure id nos contendisse efficiendum est.

Apparet enim non licere ita Doriensium formas contractas cum Atticis comparare, ut ab initio censeamus Atticos ac Dorienses eisdem formis solutis usos esse, sed cum formae solutae horum casuum non exstent, quaerendum erit, quas vocales Dorienses omnino in α vel ω contrahant. Hoc in Doride tantum e legibus crasis statui potest, nam ceteroquin formas solutas ignoramus. Atque in crasi (Ahr. Dor. p. 221)

α + ο et α + ω semper coalescunt in ω
α + ου in ου, ωυ (κὠυκ)
ο + α ω + α in ω (ὡυτός)
ο + ε ο + ο in ου

nam quod Theocritus saepe ὦξ (I. 65) et ὤλαφος (I. 135) etc. scribit nihil ad Dorismi leges attinet, etiamsi alia testimonia non exstarent velut Lys. 11, 62 τοὔγκυκλον. Ipse enim Ahrens rectissime (p. 22): „*Theocritus*, ait, *Bion*, *Moschus minime*, *id quod vulgo existimant*, *Syracusana dialecto in carminibus suis usi sunt*, *sed et Doricam dialectum Lesbiaca atque epica temperaverunt et varia Doridis genera ex arbitrio miscuerunt*, *adeo formas hyperdoricas finxerunt. Doricis mutationibus male ad ea adhibitis*, *quae Dores cum vulgari lingua communia habent.*“

E legibus igitur craseos consequitur Dores easdem contrahendi regulas sequi atque Atticos. Formae igitur in αν et ω exeuntes si ex αο αω et οο οε contractae esse dicuntur, falso explicantur. Hae formae sunt:

1) Genetivus alterius declinationis ω, natus est ex οα. Atque nihil aliud inter „*severiorem*“ et „*mitiorem*“ Dorismum interest, nisi quod mitioris dialecti Dores vocalem α suffixi in ο mutarunt.

2) Femininorum in -ω genetivus est -ως, quae nomina, si vere Curtio suasore (Erläuterg.) proficiscuntur a stirpe -οϝι, suffixum habuere -ας et -οϝας in ως contractum est.

Forma autem ἐλάσσως = ἐλάσσονες Lysstr. 12, 60, si recte ab Aristophane tradita est, derivanda est de *ἐλάσσονς, ita ut ω sit productio suppletoria. — Idem comprobatur ablativis in ω exeuntibus, quae itidem ad Atthidem pertinent, igitur ex ο + α nec ex ο + ο coaluisse oportet.

Deinde verbis, quam falsa sit istorum de Dorica contractione opinio, luculenter docetur, nam si quibusdam in formis α + ω in ω in aliis in α coaluisse dicitur, elucet hoc linguae legibus Graecae quidem repugnare.

In ω enim contrahitur νικάω = νικῶ, Jpf. -αον = ἐνίκων, in Optat. νικῷ λῷτε.

α contra apparet in γελᾶντες ἐλᾶντες, quod craseos legibus = α + α esse demonstratur. Etenim vocales α + α contrahebantur, priusquam α alterum in ο obscurabatur. Item fit in νικᾶμες = νικά -αμες.

In verbis deinde -οω fit:

μισθῷς ex μισθόαις
μισθῶμες . . . όαμές
„ -ῶτε . . . όατε
„ -ῶντι . . . όαντι
δουλῶται ex δουλόαται.

Infinitivum autem -ων velut ῥιγῶν Ahrens ipse ne ab Atthide (Schol. Arstph. 935) quidem alienum esse confitetur. Neque quisquam opinor ex οεν hoc ων Atticos contraxisse putabit, sed ex οαν.

Idem valet de verbis in -μι.

Si vero Ahrens, quam de contractione statuit legem, compositionibus quibusdam comprobare conatur, valde mihi errare videtur, nam ea opinione praeoccupatus est, quasi Dores stirpis vocalem α eodem modo atque Attici variaverint in vocibus componendis et usitaverint. Affert enim voces:

παμῶχος· ὁ κύριος· Ἴταλοι Hesych., quod vocabulum cur a *παμα -οχος proficisci non possit, nescio.

δαιδῶχορ autem vox, quam Ahrens praeclare restituit, Attico δᾳδοῦχος respondet, ω autem ex αο contractum esse oportet = *δαιδά -οχος.

ἀμπελωργικά deinde nihil efficere potest, quod apud Eleos forma Ϝάργον in usu fuisse titulis docetur.

γερωχία autem si Ahrens derivat ab γεροεχία, errare videtur (cf. 62). Sed etiam si recte derivasset, hoc vocabulum aut e *γεροντεχία exstitisset et ω esset productio suppletoria, aut natum esset e γέρας et ἔχω atque ω coaluisset ex α + ο. Nec vero haec nec illa etymologia ne mediocrem

quidem sententiam haberet. Sed longe aliter vox derivanda esse videtur, vult enim Aristophanes eam Attico γερουσία respondere. Atque respondet, nam e forma *γεροντσία Lacedaemones productione suppletoria formant γερωΐα (ΓΕΡΟΗΙΑ) ς littera inter vocales in *h* mutata. Aristophanes autem, cui nulla littera ad *h* media in voce exprimendum suppeditabat, *h* reddidit simili sono χ, scripsit igitur γερωχία.

λωτήριον denique derivatum est a λούω, id est a radice lu-, quae per ο vel α amplificari potuit, λωτήριον igitur pro *λαυτήριον fortasse adhibitum est, certe quidem hac in voce non de contractione agitur. —

Idem valet de Aeolica dialecto, quae easdem craseos leges sequitur. —

---

§ 2.

De syntaxi et historia ablativi Graeci sgl.

Fortasse notio „*syntaxis ablativi*“ nimium promittere et prae se ferre videtur, nam elucet perpaucum tantum de ratione et usu ablativi Graeci indagari posse, scilicet quantum ex adverbiis illis consequatur.

Significat autem ablativus sicuti apud Latinos 1, motum e loco proficiscentem:

κας, κατά, πρό, πρός, χωρίς, εὖτε ὅτε, δὲ

νόσφι est „*von dort*“, deinde „*fern*“; „*getrennt von*“, procul ab. Nam si *hic* locus, scilicet qui ob oculos proxime versatur, et locus *ille* discernuntur, apparet pronomine *na-* = *ille* locum, qui longius vel procul absit, denotari. Transit hoc adverbium in praepositionem = „*entfernt von*, *weg von*, *auszer*“ et conjungitur cum genetivo. Etenim talia pronominum adverbia, quae per se aut hunc aut illum locum significant, consentaneum est eas res, quae in eis locis sitae sint exprimere non posse. Itaque ad universum locum demonstrandum adhibentur et, si attinet accuratius rem vel spatii punctum definire, hoc punctum appositionis modo atque

eo quidem casu, qui rectioni adverbii respondet, adjungendum est. Sic νόσφι Τροίας procul a Troja proprie est: „*ab illo loco*“, nimirum quem digito monstres, quod cum vastum et longum sit spatium, addo punctum hujus spatii, unde subjectum remotum sit vel removeatur. Eandem κάς κατά ἄνευ ἄνις praepositionibus vel adverbiis rationem subesse supra jam adnotavimus. Atque concinit, quod vir praestantissimus Boppius contendit, omnes praepositiones (aut certe plerasque quidem) ab pronominibus originem ducere.

In πρός autem et εἰς et -δις-δε aliam quandam rationem observavimus. Adhibentur enim ad motum in locum significandum, quamquam rectionem proprie unde? continent. Motus enim a loco incipere et ad alium aliquem locum vergere cogitatur. Quorum alteram rationem in antiquo quidem Graeco et Latino sermone accusativus denotat, per se igitur praepositione indigeat. Priorem contra rationem, „*terminum a quo*“, expresse reddit adverbiis πρός = a facie auctoris, εἰς = inde nempe ubi auctor stat, et itidem δις, δε suffixis. Quorum duo priora adverbia accusativo excipiuntur, δις autem et δε accusativum et stirpem secuntur. Sed consentaneum est, cum δις et δέ (cf. δέ) ab initio non essent enclitica, primum libero quodam modo accusativum vel antecessisse vel esse secuta, deinde autem enclitice accusativo postposita postremo etiam soli stirpi adjuncta esse. Nam cum primum, quid proprie istae voces significarent, non jam sentiretur, per se motui in locum exprimendo sufficere videbantur.

δεύρο etc. significat proprie „*von dort*“, sed usu surrepsit notio „*her von dort*“, ut in Latino *veniendi* verbo et Germano *quimam*, quod proprie (= Gr. βαίνω) eundi vel ingrediendi simplicem significationem habet, usu tamen etiam finis, quo eatur, nempe ad loquentem, continetur. Etenim si dico: venit er koemmt cogito: ad me appropinquat. δεῦρο igitur, quod initium proprie tantum motus significat, rectionem ad subjectum pertinentem accipit.

ἐτός, quod e *satjas oriundum esse putamus, significat *procul a vero*, id est *falso* vel si adhibetur de judicio *insane* vel si de consilio et deliberatione ponitur, est *temere*, *sine recta causa*. Motum igitur a loco significat.

II. Ablativus habet modalem significationem, quam Latine per *cum* nos *mit* vertimus.

ἀκᾶ ἀκασκα σῖγα *mit Stillschweigen*. — μόγις *mit Mühe*, μόλις aut idem aut impenso robore. — πύξ, λάξ item ac fere ad instrumentalis notionem accedunt.

Haec ratio latius patet quam propria, nam ablativus in adverbiis tantum traditum est.

III. Adhibetur ablativus ad communionem exprimendam vel cum aliquo necessitudinem.

μέχρις = μετὰ *χροάς — ἄχρι, ὄφρα.

Quae cum ita sint, ablativus Graecus 1, motum a loco 2, modum 3, communionem exprimit. Quorum prima ratio etiam ad personas pertinuisse vocibus θέσφατος θεόςδοτος (= ὑπό) probabile fuerit. Alterum autem genus quomodo cum primo cohaereat, facile est intellectu, genus enim et origo cum ratione valde fluctuant, ut ipsum genus (a gignendi verbo oriundum) = Art docet. Itaque καλῶς = pulchre proprie exprimit inde a pulchro vel a pulchri parte (cf. Lat. ex). Sed ut tertiam notionem ablati vussibi vindicaverit, difficile fuerit dijudicatu, sufficiet si commemoramus etiam Latinos et Indos sic ablativo usos esse (cf. Benfey Grmmt. Snskr. § 520. 6).

Postquam igitur, quae ablativi Graeci vestigia exstant, ad formam et notionem contulimus, jam conabimur explicare, quomodo hic casus paullatim evanuerit.

Genitivus graecus primam et tertiam significationem sibi arripuit, conjungitur igitur cum praepositionibus ἀπὸ πρὸ πρὸς παρὰ μετά etc. Quod cum praeter Graecoitalici genetivi et ipsarum praepositionum naturam fiat, apparet ablativum et genetivum propter formarum similitudinem inter se mutatos et confusos esse, usque dum genetivus ablativum absorpserit.

Initium facimus a tertia declinatione, cujus suffixum

Graecum est: -ος	Lat *us* Venerus	Osc. (Cons. et J-st.)
	is	*eis*
	Salut*es*	Umbr. *er*, *ir*.
	IV *os*	

Graecoitalicum igitur suffixum cum sit-*as*, nullum discrimen est genetivi et ablativi. Atqui ablativi vestigia, quae tertiae declinationis indagavimus, oriuntur ab -ας (cf. tabulam pg. 29). Jure igitur concludimus in tertia genetivum et ablativum, cum suffixa α litteram etiam servavissent, commixtos esse.

I Decl.	Lat.	
Fem.	*ais* Proserpn*ais*	
Arcad. αυ	*ais* Dan*ais*	
cet. ας, ης	*as*	(cf. Rtsch. Ind.
b. masc. Att. ου	*ai ae*	1863 — 64.
Jon. εω, ω		Neue I, 13).
Aeol. α		
Corc. αϝο		
Arc. αυ		

Graecoitalicum suffixum est -*jas*, Arcadicum autem αυ (= αϝο) docet, *j* etiamtum restitisse, cum diversae dialecti unam linguam conficiebant, tunc igitur formam fuisse α-jας. Hoc genetivi suffixum nullum ad casuum mistionem incitamentum continuit. Mistio igitur primae dcl. ad singulas dialectos pertinet.

II Decl.	Lat	Osk.	Umbr.
Ep. οιο	*ei*	$\overset{e}{\textit{eis}}$	*ês*
Att. ου	*i*		*êr*
Aeol. Boeot. ω			
Thess. οι			
Dor. ω			

Graecum suffixum erat -jα, Graecoitalicum -jas. Stirpis vocalis α ante Graecarum gentium digressum in ο mutata est,

nec vero α suffixi. Haec genetivi ojα terminatio nullam cum ablativo similitudinem habet.

Unde sequitur primum in tertia declinatione genetivum et ablativum esse commixtos, atque tum quidem cum ας suffixum esset. Atqui supra probabile fiebat Doricam dialectum vivum ablativum in ως deinde in ω terminantem habuisse. Ergo in altera declinatione dialectis digressis ablativus demum evanuit. Cum vero prima declinatio nullam ablativi et genetivi similitudinem haberet ante digressas dialectos, neque tertiae declinationis confusio ad alteram ante digressionem permanaret, concludendum est, etiam primae dcl. ablativum usque in singulas dialectos obdurasse. Atque in his quidem, cum *j* suffixi delituisset, cum genetivo propter formarum similitudinem confusus est. At Arcades genetivum formarunt in αυ, atque ablativus in -ας terminaverit necesse est. Formae igitur commisceri nequibant. Sed si usus dialecti genetivum alterius decl. et ablativum in ως et ω conferas, probabile fit, in altera prius confusionem locum obtinuisse quam in prima. Ergo haec ratio statuenda est:

Ante dialectos III decl. genet. = abl.

In dialectis I decl. genet. = abl. apud Atticos Aeoles Dores Jones Boeotos.

In dial. II dcl. genet. = abl. apud Aeoles Arcades Dores Boeotos.

Praeterea adnotavimus ως alterius declinationis terminationem apud Atticos quidem et Jones in tertiam esse tralatam. Quaeritur igitur, num hoc vivi ablativi II decl. tempore factum sit. Quod negandum esse censeo, nam si ως terminatio tertiae declinationi, ut vivi ablativi suffixum esset, tribueretur, intellegi non posset, cur hic ablativus delituisset, quippe qui sic a genetivo discreparet. Deinde autem nullum invenimus exemplum, ubi ως tertiae decl. substantivo appositum sit. Hoc igitur ως tertiae ad conformanda adverbia mandabatur. Jam vero si etiamtum ablativus alterius restitisset et quasi vixisset, non intellegeretur, cur haec terminatio nisi ad

conformanda adverbia tertia in declinatione adhibita non esset. Sic punctum temporis elicimus, quod post absorptum ablativum situm est.

Sed inveniebamus alterius decl. formas in -ας etc., quas terminationem in -ως antecedere judicavimus. Hae voces ab α stirpis et α suffixi oriuntur. Atqui cum posterius ablativus in -οας terminaret, apparet illo tempore ablativum in α-ας exisse nec nisi in adverbiis unquam esse contractum.

Vocales deinde ο-ας, cum ad tertiam traicerentur, ante semper in ως coaluiss eoportet. Hanc autem -ως terminationem ad ipsum vivum ablativum pertinuisse docetur 1. pronominibus ἐμίως etc. 2. ceteris Doricis adverbiis in ω 3. compositione θεός-δοτος.

Jam autem quaerendum est, quae inter -ως et -ω ratio intercesserit. Legitima Atticorum et Jonum forma adverbialis est -ως, paucis ut οὕτω vocibus exceptis, unde colligitur Atticos et Jones ablativi formam -ως habuisse. Idem de Boeotis dicemus, hoc quidem solum Boeotica docent vestigia (cf. p. 10 pronom). Dores autem habent haud parvum adverbiorum in -ω numerum, quae quidem ablativi propriam notionem servent. Praeterea autem ad pronomina formam ω transtulerunt. Sequitur ergo Dores et -ως et -ω habuisse ablativi terminationes, quae inter se fluctuasse videntur. Atqui cum Dores alioquin tardius linguam suam mutaverint quam Jones et Attici, concludere licebit, Dores, quippe qui etiam ς ipsius vivi ablativi abjecerint, per longius tempus ablativum servasse quam illos.

Aeoles itidem ablativi -ω formam habebant. Quae postquam evanuit, adverbia in -ως et -ω restantia maximam quidem partem in -υς et -υ mutabantur.

Dubito num quid aliud e vestigiis hujus casus elici possit. Complector igitur paucis:

Tertia declinatio jam ante dialectos ablativum et genetivum miscebat. Ipsis deinde in dialectis, praeter Arcadicam, sequebatur prima declinatio,

apud Arcades autem altera. Deinceps cum Dores et Aeoles etiam in altera genetivi et ablativi easdem haberent formas, apud ceteros autem eaedem voces in prima et tertia genetivum in altera ablativum requirerent, etiam hujus declinationis ablativus paullatim e viva declinatione evanuit et suffixum adverbiis mandabatur.

---

§ 3.

De instrumentali, dativo, locativo Graecis casibus.

Formas instrumentalis casus suffixo -ᾱ conformati, si omnino aliquae restant, inter adverbia in α vel η terminantia quaeremus. Inveniuntur enim adverbia in ᾱ et η̄, quibus num ι subscribendum sit Grammatici antiqui dissentiunt. Sed Appollonius, quem summae hac in re auctoritatis esse putabimus, ι subscribi vult. Nam, quod solum valet, 625, 1: προςτιθεμένου, ait, τοῦ ι, καθῶς καὶ ἡ παράδοσις ὁμολογεῖ. Etenim quae alia argumenta vir ille doctus contra Tryphonis sententiam (p. 556) confert, per se nihil valent. Primum enim nullam legem constare censet, e qua adverbia sub fine corripi oporteat, sed et corripi posse et produci. Deinde autem ait: adverbia ita a nominibus derivantur, ut τόνος et scriptura utriusque inter se respondeant, ἀτρεκές καλά κάλλιστα. Velut femininum adjectivi δημόσιος est δημοσία, quod sicut δημοσίως adverbii loco adhibetur. Quae δημοσία formatio si σύνταξιν a nominativo sibi assumeret, sine ι scribenda esset, atque μηδαμῆ etc. non acuitur sed circumflectitur, nec igitur a nominativo sed dativo proficiscitur et ι littera scribendum est. Praeterea docet in ταύτη τ incipiens non a nominativo sed a dativo originem ducere. Confitebimur Apollonium ad -suae grammaticae cognitionis rationem optime et recte judi casse, neque enim alium obliquum casum in ῆ nisi dativum

cognitum habuit. Nobis autem, qui instrumentalem casum apud Graecos exstitisse scimus, illis argumentis nihil aliud effectum esse videbitur, nisi quod non nominativus sed obliquus casus his in adverbiis continetur. — Sed id nobis tenendum est, scripturam -ᾳ et -ῃ traditam et receptam esse Apollonium testari, quod idem Dorici tituli monstrant ac docent (cf. Ahrens p. 368 sq.). Quod num recte factum sit, per se formae, πανταῖ πανταῖ exceptis, cognoscere non permittunt. Sed hoc πανταῖ πανταῖ femininalis dativus esse non potest, nam femininum stirpis παντ- suffixo -ja amplificatum est, pertinet igitur πανταῖ ad stirpem masculini vel neutri generis. Cujus stirpis nisi instrumentalis casus omnino casus esse nequit. Quod si est instrumentalis, ι falso collocatur, quamquam subscribi constat. Sed haec forma prima est et ultima simul, quae instrumentalis esse confirmari jure potest. Ceterae enim ad o- stirpes sunt referendae, per se igitur dativi femininales esse possunt; velut:

μηδαμᾷ (-ῇ), ἁμᾷ, λάθρᾳ, εἰκῇ, πῇ, ᾗ etc.

Adverbia autem, quae α corripuunt velut ἅμα, excepto adverbio σύρβα ion. = att. τύρβα strp. τυρβα-, ad formam quidem recte accusativos neutrius esse pluralis fingi possunt. Τύρβα autem ipsum utrum instrumentalis an ablativus sit dubitandum est.

Attamen, quamquam praeter πανταῖ πανταῖ nullum aliud adverbium investigabimus, quod instrumentalis formam dilucide prae se fert, docemur tamen, quomodo instrumentalis dativo absorptus sit. Πανταῖ enim docet luculentissime, instrumentalem et dativum primae declinationis confusos esse. Unde sequitur in prima declinatione ι subscriptum haud ita valde auribus perceptum fuisse. Praeterea autem, cum formae in ω huc non pertineant, atque quoniam omnes voces α vel η vocalem praebent et sunt adverbia, concludemus etiam alterius declinationis instrumentalem dativo primae obsoletum evanuisse. Haec igitur mistio in tempus cadit ubi nec α alterius in o abierat nec dialecti discesserant. Usus autem instrumen-

talis dativo tribuebatur, ita ut posteriores Graeci dativo rei quidem alicujus instrumentum exprimant. Quod vero tam pauca hujus casus vestigia indagantur, eo efficitur, quia antiqua sermonis aetate casus sint mixti et adverbia, quae sunt posterius quoque conservata, ab altera dcl. fere omnia sint derivata, ut natura fert. Fortasse autem tria adverbia in η φή τιή δή, quae nunquam ι littera scribantur, majore cum probabilitate instrumentalia esse affirmare licet. Quorum φῆ vel φή „*uti*“ significat et de reflexiva stirpe sva- derivatur. Notio igitur est universalis modi vel rationis.

Itidem instrumentalem esse τιή opinor, natum a stirpe interrogativa τιο, quae in compositionibus ἅττα pro *ἅτjα spectatur, nam veterum etymologiam audire nihil interest. Significat „*cur*“, quod facile ac bene e notione instrumenti derivari posse apparet, si quidem διά instrumenti et causae significationem continere respicias.

δή vero denique particulae originem et notionem persequi longum est.

Dativum et locativum confusos esse notum est. Dativi enim suffixum apud Graecos -αι fuisse ex Attico ἀνθρώπῳ supra colligebamus. In tertia igitur declinatione cum locativi forma -ι pro dativo sit in usu, forma dativi ex *παιδ- αι, in -ει, -ι attenuata sit ante mistionem oportet. Quod, nisi tertiae dcl. suffixum celerius α mutavit quam alterius dcl. suffixum, demum postquam altera declinatio stirpi vocalem -ο vindicavit, fieri non potuisse apparet. — Stirpium deinde alterius dcl. locativum et in -αι, -ει et in -οι invenimus (cf. p. 30), unde sequitur hac in declinatione locativum vixisse, usque dum α stirpis in ο obiisset. Postea autem cum dativo demum, si suffixum -αι cum stirpis ο- vocali contraxisset, commisceri potuit, ωι et οι. Vocalis igitur ι in ωι audita sit necesse est. Quom vero supra viderimus in prima declinatione jam ante hoc mistionis tempus ι vocalem non ita auribus esse perceptam, sequi videtur primam declinationem alterius et tertiae simili-

tudinem in locativo absorbendo esse secutam. Boeoti autem et Arcades locativi formam αι pro dativo receperunt. —

Locativus quietem in loco significavit, sed haud pauca adverbia localia in -οι exstant, quae motum ad locum denotant. Hanc rationem locativum e dativi notione sibi vindicasse supra jam adnotavi, nec aliud quid est atque si dativus locativi notionem, quietem in loco, sibi arripuit. Quod sic factum esse comprobatur eo, quod locativi in αι, ει, ι, quippe qui mistionem antecedant, numquam motum in locum significant.

Transimus ad dativum et locativum pluralis. Dativi pluralis forma suffixo-bhyams (Schlch. Cmp. 385) efficitur, quod apud Italos in bus bis exstat, Graecos autem vult Schleicherus locativum in -σϝι, -σσι, -σι pro dativo usitasse. Sed opinor accuratius rem disquirentes, etiam Graecos dativo plurali praeter locativum usos esse, judicabunt. Respiciamus igitur formas primae et alterius declinationis.

Atticae inscriptiones docent, formas -ηισι -ησι post consonantes, αισι et ασι post vocales (praeter δραχμαῖσι) usque ad Ol. 90 in usu fuisse, postea autem semper, exceptis poëtis, formas -αις esse usitatas. Idem dicendum est de Jonico -ησι et -ῃς. Homerus autem praebet formas -αισιν -ῃσιν, -αις -ῃς in ἀκταῖς θεαῖς (cf. Krg. Dial.), sed Lehrsius (Seebod. Arch. 2, p. 228 sq.) has in -αις et -ῃς formas posterius interpolatas esse vult, sequitur igitur Schleicherum dativos in αις etc. abbreviatos esse existimantem.

Aeol. -αισιν et jam apud lyricos poetas -αις. In inscriptionibus veteribus raro -αις, in recentioribus saepe exstat.

Boeot. -αις, Arcad. -αις.

II decl.

Att. οισι, inde ab Ol. 80 οις, inscrpt.

Jon., dubium est, num Herodotus formas tantum in -οισι adhibuerit.

Homerus -οισι et saepe -οις praebet.

Aeol. -οισι et -οις apud lyricos poetas, semper τοῖς.

El. τοῖρ, Boeot. -οις-υς, Thess. -οις, Arc. -οις.

Quae si conferas, mirum esse debet, quod dialecti, quae alioquin vetustiores sunt, nullum vestigium habent formarum in -σιν. Deinde Homerus etiam formas in -οις -αις ῃς praebet, at Attici, postquam syllabam -ιν amiserunt, in prima decl. post consonantes non -ῃς vel -ῃς sed per totam declinationem -αις in usu habent.

Porro si respicimus originem, quam Schleicherus statuit, terminatio -σσιν suffigitur (= σϝιν), ἀκτή igitur habere debet dativum ἀκτῆσιν, quae una est ex Atticis forma. Sed ceteroquin et αι et ῃ scribitur, ι littera stirpi adjuncta. Quod dubito num e sequenti ι littera effici potuerit. Atque si formas -αις et -οις, quae apud Homerum et in aliis vetustis dialectis velut in Arcadica inveniuntur, conferas, aliter -αισι et -οισι explicanda esse arbitreris. Nam terminationes -αις et -οις plane respondent Latinis *eis*, *is*, *oes*, ex bhyas factis. Quare formas in -bhyas -his -is non minus Graecis quam Latinis placuisse puto, atque propterea etiam Homerus Thessali Boeoti Arcades his formis usi sunt. Et Attici quoque adhibebant, quamquam eas inscriptiones non tradunt, nam alioquin primae declinationis -αις terminatio praeter -ησι -ῃσι -ασι explicari non potest. Atque videntur quidem complures dialecti (Att. Jon. Aeol.) locativam -σσιν formam in prima et altera decl. cum dativo in -αις -οις ita confudisse, ut promiscuae essent et locativus diphthongum -οι et αι- sibi vindicaret. Sed propriae dativi formae in -αις et οις praeterea adhibebantur, quamquam longiores formae lapidario, qui dicitur, usui magis concinere videbantur. Denique autem haec locativa forma obsolescebat et propria dativi forma sola locum obtinebat.

§ 4.

De ablativo Latino singulari.

Latina lingua et ceterae Italicae dialecti ablativum casum servarunt, nec vero veram suam naturam ac notionem apud Latinos hic casus retinuit, sed aliorum casuum similitudine

haud parvam significationis variationem sibi vindicavit. Denotat enim 1. motum e loco orientem, 2. causam et instrumentum 3. quietem in loco. Quarum ultima potissimum ratio localis ab ablativi propria significatione abhorret, atque quamquam causam et modum per suam naturae vim exprimere potest, tamen instrumenti notionem non continet. Nam instrumentum et a Graecis et a Latinis (διά per) in media via esse vel stare cogitatur, quam actio instituta percurrere cogitatur, nec igitur instrumentum origo actionis videtur esse, sed quasi statio, quam contingat. Jam igitur quomodo haec aliena munera ablativo sint imposita, disquirendum erit.

Qua in re disceptanda primum locativi et ablativi terminationes comparare opus est. Locativus primae declinationis exit in -*ae* militiae, alterius in -*ei* et -*i* -*e* domi etc., tertiae in -*i*. Locativus igitur primae declinationis — *ae* (= *ai*) non differt a dativo. Ablativus autem tertiae declinationis cum sit -*e* et -*i* a locativo nihil diversum est nec alterius (-i) nec tertiae decl., nisi quod in *t* et *d* terminasse dicitur.

Instrumentalis deinde casus in Latino sermone vestigia non inveniuntur, fuisse autem Graecoitalicum casum supra effectum est. Munus hujus casus ablativus suscepit, atque formam in prima et altera declinatione ablativi et instrumentalis eandem fuisse apparet, nisi t et d in ablativi erat suffixo.

Conferamus porro dativi et ablativi formas Plautinae *ae* Ciceronianae aetatis.

I Decl.	a	Dat.	ai, ae, a
II „	o	„	o
III „	i, e	„	ei, i, e
IV „	u	„	ui, u
V „	e	„	ei, e.

Videmus igitur dativi et ablativi formas concinere in suffixis *a*, *o*, *i e*, *u*, *e*, neque omnino ullum esse in altera et tertia declinatione discrimen. Quo factum esse videtur, ut formae:

eo quo huc hoc adeo alio istuc neutro, et *qua* = *wo* et *wohin*, quae ablativi formam induunt, dativi similitudinem secutae ab hoc casu motus in locum significationem sibi vindicaverint. At ablativi suffixum in t vel d terminavit.

Deinde exstant haud pauca adverbia, quae s litteram sub fine habent atque ablativi motum a loco exprimunt:

1. *pos-te*, *cis*, *eminus*, *cominus*, *ex*, *abs*, *subs*, *sus*, *us-que*, *-tus* cf. Umbr. *tu*, *penes*, *dius*, *diu* cf. Lchm. Lcrt. p. 226. *quor cur* = *quos*.

2. Adverbia in *-s*, quae omnino ut apud Graecos modum significant.

mordicus = ὀδάξ, *versus*, *semis*, *quantisper*, *mox*, *vix*.

3. Adverbia, quorum *s* in *r* transiit:

-per in *semper*, *sempi-ternus*, *prope*, *quantisper*.

Suffixum adverbiale *-tus*, a stirpe *-to* oriundum, quod Umbri *tu* pro *ab* adhibebant, *s* mutat in *r*, *igitur simitur*, quodque idem est atque adverbiale *-ter: inter intestinus*, *audacter* etc.

Has formas in *s* haud scio an quis non minus quam Graecas illas ablativos esse putaverit, nam genetivi esse non possunt, quoniam hic casus nec omnino per se motum e loco significat nec apud Latinos sic unquam usitatus est. Atqui si sunt ablativi et suffixum ablativi Latini *at* vel *ad* est, consequitur *t* vel *d* in *s* abiisse. Haec vero mutatio in Italicis linguis numquam facta est. Quo si addas, ablativum in *t* vel *d* usque ad Plauti fere tempus in usu fuisse, quo tempore ablativum eandem jam quam postea notionem habuisse Bergkius docet (Beitrg.), apparet ablativum cum locativo et instrumentali nullo modo confundi potuisse. Attamen quin sint confusi isti casus, dubitari nequit. Unde concludendum est ante ablativi formam in *t*, *d* exeuntem ablativum in vocalem terminasse. Cum vero suffixum -s et Graecis et Latinis adverbiis, aliquo tempore valuisse, probabile fiebat, hae Latini vel Itali ablativi mutationes statuendae sunt: Graecoitalicum -as Latini servabant, quod in altera cum -o stirpis in *ôs* in

tertia quarta quinta in *is* et *es* vertebant, deinde *s* consonantem abiciebant et instrumentalem atque locativum cum ablativo confundebant. Deinde Umbri a Latinis et Oscis discesserunt atque Latini et Osci ablativo motum e loco significanti *de* praepositionem affigebant. Paullatim hoc *de* obtusum in -*d* ceteris quoque ablativis apponebatur, cum originis et propriae significationis sensus delituisset. Atque hoc *d* vel *t* Osci et Latini digressi servabant, usque dum haec quoque terminatio abiciebatur, et sic antiquior illa forma *a*, *o*, *i*, *e* etc. denuo in usum redibat.

Hoc modo haud scio an res omnes illae supra adnotatae bene inter se cohaerere dicendae sint.

§ 5.

De locativo II (bhyam), instrumentali II, dativo et ablativo plurali.

Instrumentalis alterius suffixum singulare est -*bhi* plurale -*bhis*, dativi et ablativi pluralis -*bhyams*, dativi singularis pronominum -*bhyam*. Quorum suffixum -*bhi* viri docti volunt in Graeco -φι(ν) contineri, suffixum autem -bhyam in pronominibus ἐμίν ἡμῖν, ἑίν ἵ etc., suffixum denique *bhyams* est Latinum -*bus* -*bis* -ις Graecorum ο-ις, quibus in ultimis formis *bh* mutabatur in *h* ac deinde plane delituit. — At suffixum Graecum -φι(ν) non solum instrumentalem sed has quinque significationes habuisse constat:

1. instrumentalem, ἶφι βίῆφι, ὄχεσφι ἀγαλλόμενος
2. motus a loco oriundi, κυνέην κεφαλῆν ἕλοντο
3. genetivi Ἰλιόφι τείχεα
4. quietis in loco κλισίηφιν θύρηφιν
5. dativi θεόφιν ἀντάλαντος.

Quarum significationum primae respondet suffixum *bhi*, alteri -*bhyams* -*bus* -*bis* Gr. φις, quintae *bhyam* Lat. ti-*bi*; quod si e dativi in locativi notionem transit (cf. *ibi*) quartae

illi rationi respondet. Tertia autem notio ad alteram, id est ablativam, referenda videtur esse (cf. ἐμέθεν, ἐμίως). Ex his igitur suffixis inter se propter formae similitudinem confusis ista φι(ν) voculae multiplex et varia notio evasisse videtur.

Suffixum autem *-bhyam* apud Latinos factum est *-bi*, apud Oscos *fiem*, unde, quod rectissime Corssenus intellexisse mihi videtur, fiunt Umbrici locativi in *fem*, *fe*, *f*

Osk. *-f*, *-in*, *-en*

Sabell. *-f*

Latin *bi bei be*, *-im*, *-in* (*bh* in *h* mutata ac deinde syncopata) quibus addendum censeo *-am -om -em* simplicemque *-m* litteram. Latinae enim voces huc pertinentes sunt fere hae:

1. *alibi*, *aliubi*, *ibi*, *utribi*. — 2. *mihi*. — 3. *illim istim enim olim utrimque*, *clam* et *calim*, *saltim* etc., *extrinsecus*. 4. *nam*, *-dam*, *quam*, *quamde*, *tam*, *tamen*, *palam perperam*. 5. *quom*, *quondam*. — 6. *nunc*, *cum* = *quom*, *dum*, *unquam*, *unde*, *tum*. — 7. *-dem*, *peren-die*, *autem item*, *nempe tamdem* = aeque.

Quae quidem locativi formatio in Italicis sermonibus vivi casus loco usitatae esse videntur. Nam postquam ablativus locativi in *i* munus sibi arripuit, locativus I in paucis tantum, quantum videre licet, locis quibusdam manebat velut in oppidorum nominibus. Sed numquam cum praepositionibus videtur esse conjunctus, certe quidem nulla exstant vestigia. Praepositionibus ablativus addebatur atque, quod comprobare conabor, locativi in *-bhyam* conformati. Quod intellegere licebit, si nonnullas praepositiones accuratius tractamus. Complures enim praepositiones ante Plauti aetatem ablativo et locativo II adjungebantur, postea accusativo.

1. *ante antid-eâ*, *anteâ* est proprie **antis*, unde Oscicum fit *az*, *i* littera syncopata. Formulae loco servatum est *anteâ antid-eâ antid-hâc*. (Curt. Et. 186.)

Si recte supra de ablativi *d* terminatione judicavimus,

posteriore aliqua Italicae linguae aetate apposita est = de. Unde sequitur isto tempore Italos distincte sensisse *anti* esse ablativum. Si vero est ablativus, significat a facie vel a parte subjecto adversa, apparet igitur hanc praepositionem ablativum requirere. Etenim si: „*Hannibal*, *ais*, *ante portas*", Hannibal portarum stat ex adverso. Attamen in vulgari Latino sermone est accusativus casus legitimus.

2. *inter*, umbr. *anter ander*, *inter-eâ*, *interdius*
Loc. II: *inter-ibi interim interdum.*

3. *post*, *poste*, *posti-d*, umbr. *pus* Osk. *pust post* c. abl. Cum *apa* hanc vocem cohaerere arbitror, priori enim *a* littera omissa, ablativus *pos* fiebat, quem apud Graecos in ἄψ et ἀπό, ὄπις- esse censebamus.

Atque *pos* igitur proprie significat „*retro a*" = Gr. ἄψ, nam quod post aliquem est, retro ab eo situm esse in propatulo est. *-te* autem oritur a stirpe pronominali *ta-* et est proprie *tis,* cf. *ti-d*, „*poste*" igitur et posterius „*postid*" significat abhinc retro, *dahinter*. Vel e forma *-tid* intellegitur *pos* praepositionem Italico illo ablativi in *d* exeuntis tempore ablativum postulasse. Formae autem in *-is* terminantis vestigium in post*er*-ius = post*es*ius servatum est. Praeterea *pos- tibi* etiam cum locativo II hanc praepositionem conjunctam esse comprobat. — Demonstrativam autem significationem = *dahinter*, *darauf*, *nachher* in classico quoque sermone *post* retinuit, quamquam (cf. ἕκας) plerumque praepositionalem notionem sibi induit.

Quae cum ita sint dubitari nequit, quin ablativus optimo jure a *post* praepositione postuletur, quem etiam Umbri et Osci huic voculae tribuunt. Attamen Latinus vulgaris sermo accusativum collocat.

propter, *quâpropter*, *propterеâ*. Cohaerere *propter* cum *prope*, quod constat *e pro* et *pe* (= *ape*), recte Pottius videtur contendere. Significat igitur *propter* in litteris, 1. *nahe bei* (cf. Gronov. lect. Plautin 313, propter mare = prope), 2. *neben* 3. *wegen*. Quod si igitur, ut fit ab antiquis, cum

ablativo *propter* conjungitur, significat prope a me, ita ut causa sicuti alioquin locus, unde res effecta proficiscatur, esse cogitetur. Itaque ablativum passim servatum proprium et rectum hujus praepositionis casum esse, siquidem causali ratione adhibeatur, censebimus. Nam si postea accusativus additur, significatio ac notio non mutatur, sed constanter de causa numquam de fine adhibetur. Finem autem per *propter* cum accusativo = *prope ad* exprimi potuisse elucet. Unde casum non consilio et industria post *propter* a Latinis mutatum esse sed formarum quadam confusione concludendum est.

praeter praetereâ praeterquam, haud dubie a praepositione *prae* derivatum est. *Prae* autem non est locativus, nam antiqua forma *praes* servata est et exstat in *praes-to praes-tinare*. *Praes* est ablativus suffixo *-is* effectus, quod cum in tertia tantum declinatione appareat, adverbiale est habendum. In Umbrica quoque dialecto haec forma exstat *pre-pa s* sicuti plerumque apud Latinos quoque omisso. Alio in vocabulo Umbri similiter ablativum conformarunt, in *sei* = *ab.* c. abl., quod ut Latinum *sed* et *se* a pronomine reflexivo derivatur, et ablativum esse significatione efficitur. *Sei* igitur ex **seis* factum est, quod *a* stirpis vocalem in *e* attenuavit (cf. exc.).

Latinae *praeter* voci Osc. *pruter* respondet conformatum a praepositione *pru-*, Lat. *pro* Umbr. *pru pro*. *Pro* autem (cf. pg. 14) est ablativus stirpis *paro-* proprie **parôs*, **prôs*, *a* vocali syncopata sed in Umbrica voce *per* = *pro* servata. Sed Latinum quoque *per* et Osc. *pert* c. Acc. = usque ad, cujus *t* idem est atque *-te* in pos- *te* (ablat. strp. ta-), huc pertinent. Jam vero in *praeter* et *pruter* dilucide apparet, significationem „*vorbei*“ ab Italis quidem e notione „*vor*“ pendere cogitari. *-Ter* enim suffixum videtur esse comparativum, ita ut *praeter* sit = „*weiter vorwärts*“ et si additur ablativus = porro magis ab aliquo loco. Cogitatur igitur motus, qui aliquem locum praeterit neque tangit. Si vero

adjungitur accusativus, falsa rei cogitatio subest, magis enim porro c. acc. est = magis porro ad locum. Clare haec propria praepositionis significatio in temporali usu *praeterhâc* = posthâc intellegitur. Velut Plt. Men. 722: „non, inquam, patiar praeterhac“ = „*fernerhin*“, ibd. 112 Most. 75.

2) Significat = „plus“ velut Persae III. 138:

> „Virgo atque mulier nulla erit, quin sit mala,
> Quae praeter sapiet quam placet parentibus.“

Utraque significatio e significatione = „*weiter vorwärts*“ oritur, *praeterhâc* enim = posthâc significat tempus, quod prae se spectanti ob oculos est, *praeter* autem = plus significat aliquid ante aliud quid vel prae aliqua re stare. Hanc motus rationem directa linea significabimus a ——— b Sed aliter res se habet, si *praeter* per „*vorbei*“ vertendum est.



a enim est persona, quam actio in linea b — c progrediens praeterit. Hic fingitur personam „a“ faciem ad actionem vertisse et hanc quidem remotam a facie perpetrari vel in linea bc moveri. Quam praepositionis rationem dubito num aliter liceat intellegere. Hoc modo autem si recte intellectum est, ablativus postulatur. Attamen vulgari in sermone accusativus in usu est.

Etiam adverbia in *-as*, quos Corssenus (Auspr. I. 769) contra Büchlerum accusativos plurales esse contendit, ablativi formam in *s* servasse conicio, pendentia a praepositione *inter*, *inter utrasque inter vias*. Quod e disputatione antecedenti mirum esse non potest.

Deinde sicuti praepositiones *post inter* cum locativo II. conjungi videbamus, etiam *de ab ex con pro pri prae* hoc cum casu construi apparet, si respicias: *inde deinde dehinc dein exim examussim*, *ex adversum*, *abhinc*, *coram* (= *con orebhyam*), *proin prohinc*, *pridem* = *vorher*, *früher*. Atque locativi *hinc illinc* meri ablativi vice funguntur.

Primum igitur apparet formas in *m*, quas e *bhyam* suffixo

derivabamus, idem quod ablativum significasse. Atqui in Graeco -φι(ν) hoc idem suffixum et cum aliis et cum ablativi pluralis suffixo *bhyams* commixtum ablativi significationem sibi vindicasse videbamus. Ergo si recte formae in — *im* e suffixo *bhyam* constare dicuntur, quod etiam alioquin cum *bhyams* confundebatur, sequitur terminationem *im* ex eadem illa permutatione ablativi rationem induisse.

Deinde dubitari nequit, quin hic locativus II cum eisdem praepositionibus atque ablativus conjunctus sit. Atqui cum nonnullae praepositiones praeter naturam et rationem posterius accusativum secum habeant, locativus II autem in *m* exiens nihil ab accusativo ad formam discrepet, optimo jure concluditur, hunc locativum II accusativo certas quasdam praepositiones transmisisse et ablativum paullatim post illas praepositiones obsolevisse. Praepositiones igitur „*ante inter post propter praeter*“ primum soli ablativo adjungebantur, deinde *bhyam* et *bhyams* suffixis confusis cum locativo II quoque construebantur, denique autem accusativus locativo II absorpto solus has praepositiones sibi accipiebat.

Haec fere sunt, quae de Graecorum Latinorumque casuum historia eruisse mihi videor et si probabile quid invenerim, gaudebo.

Quae cum ita sint, tabula summam totius disputationis colligam:

Graec.

Sgl.

Ablat., Genet. → Genet.

Dat., Loc. I., Instrum. I. → Dat.

Plur.

Dat., Locat. - σϝι → Dat.

Plur.-Sgl.

Dat. Abl. bhyams, Instr. II sgl. -bhi, „ plur. -bhis, Dat. pron. -bhyam → -φιν

Lat.

Sgl.

Ablt., Instr. I., Loct. I., Dat. (dotted line) → Ablt.

Plur.-Sgl.

Dat. pron. bhyam, Dat. Abl. plr. bhyams → Locat. II. 1. -bi, -hi; 2. -m → Accus.

Additamenta et adnotationes.

ad pag. 10.

Formae ἐμίως τίως e falsa analogia factae esse judicabantur, sed τεοῦς Sophronis genetivum respicienti, verisimilius mihi videbatur esse, τίως et τεοῦς ad pronomen possessivum pertinere. (Ho. τεός) cf. Bekk. Ho. Bltt. 77.

ad pag. 21 sq.

Ad adverbiorum in -ις numerum ἐγκυτίς quoque pertinet, quod derivatur de stirpe κυτες- (nom. κύτος Haut.) et de praepositione ἐν. Praeterea forma ἐγκυτί invenitur cf. Lob. Pathol. II. pag. 212, quod ex ἐν et dativo κύτει veteres constare censent. Jota autem modo breve modo longum esse Lobeckius adnotat, ut recte veteres comprobet judicasse. De ς autem: „*Pleonasmo, ait, propiora sunt duo adverbia* ἐγκυτίς et αὐτονυχίς.“ Quam explicandi rationem a recentiore Boppii via et ratione abhorrere apparet. Et. M. 311, 40 Ἐγκυτί ἐπίρρημα σημαῖνον τὸ ἐν χρῷ. Haec vero notio potius ad etymologiam adaptata est quam ad vivum vocabuli usum. Docet enim versus Archilochi (frg. Brg. 37): χαίτην ἀπ' ὤμων ἐγκυτὶ κεκαρμένος, ἐγκυτί vertendum esse: *bis auf die Haut.* Cui significationi bene origo concinit, *κυτίς enim est ablativus, et ἐν propria sua significatione = *von dort*, *von -her* adjunctum est; est igitur ἐγκυτίς = *von der Haut her.* Si vero: a pelle et usque ad pellem dicis, eandem lineam describis, a ⇄ b, sed motu tantum diversam.

ἀμφικελεμνίς. Hesychius adjectivum ἀμφικέλεμνος tradit, unde hoc adverbium derivandum videtur esse. Explicat autem Hes.: ἀμφικέλεμνος ἀμφωτέρωθεν στηριζόμενον

Recte igitur Lobeckius ἀμφικέλεμνος ab ἀμφίκελος proficisci judicat, ἀμφίκελος enim est κλίνη, et adjectivum illud ἑκατέρωθεν ἔχουσα ἀνακλιντήριον. —

ad pag. 25 etiam ἀντί pertinet, exstat enim ἀντίς cf. Bekk. Ho. Bltt. 291. adn. et Lat. antid- Umbr. az.

κραταιίς Lob. Paralip. pag. 198.

ad pag. 40. Conferendus est de adverbiis in -η La Roche (Ho. Unterschg. 180 sq.), qui veterum sententias confert et titulorum scripturam adnotat (184). —

ad pag. 51.

Partem vocabulorum in *-s* exeuntium Corssenus (II. 601) suffixo comparativo *ius* formatam esse vult, quod non ipsam comparativi vim efficiat, sed „*comparanti temporis loci modi descriptioni*" inserviat. Quid de hac ratione judicandum sit, singula docebunt exempla. *Satis* recte Crss. cum Graeco ἅδην comparat, *satis* igitur fit a radice *sa-* suffixo *to-*, fortasse participiorum in modum. Stirps autem significat aliquid plenum et perfectum esse et cohaeret fortasse cum radice vocabuli ἅμα (Crt. Et 288), quae conjungendi vel coagendi rationem exprimit et simpliciter et ut res coactae comparentur. *Satis* autem ad alteram compositionis partem gothico *samath* ahd. *samet* responderit. Sed *is* syllabam Corssenus ex *ius* natam esse vult, quae ad gradum comparatione definiendum adhibita sit. Si quid satis est, comparatur id quod possidetur cum consilio vel fine, cui destinatur, atque finis vel consilium plus desiderare, quam possideatur, negatur. Nescio, num Corssenus putet, hanc rationem per suffixum *-is* significari, nam operae pretium esse non existimavit, hoc accuratius exponere. Sed sive putat sive non putat, alia non comparantur, verum hoc sic exprimi nequit. Nam, quamquam concedamus suffixo *ius* comparativam rationem exprimi non oportere, *satis* significat: *genug im Vergleich.* Primum autem dubitabimus, num lingua ulla tali pleonasmo utatur, deinde negabimus hoc suffixum has enuntiati partes comparare posse. Etenim si

comparativi usum conferamus, videmus comparativo duas partes, quae in sententia idem valent, comparari: velut plus pecuniae habeo quam tu, comparamur ego et tu ad pecuniae rationem. Deinde per se patet tali in enuntiatione, ubi duae partes conferantur, has partes verbis exprimi oportere. Denique autem nullo modo doceri potest, comparativum suffixum aliud quid significare atque unam partem enuntiati alteram aliqua re superare.

Sed si res in adverbio *satis* aliquid speciei prae se tulit, in Osc. *fortis* Lat. *fors* et *forte* ne vestigium quidem comparationis indagari potest. *Fors* enim gen. *fortis* est graecum τύχη, quo vocabulo, quid cum quo comparetur, nescio nec Corssenus dicit. Quare *satis* adverbialem ablativum esse nominativi **satus* et *fortis* nominativi *fors* opinor. Etiam *nimis* huc referendum esse, ad comparativum, Corssenus existimat, quamquam Pottii etymologiam (*ni*, st. *ma-*) comprobat. *Nimius* igitur est *nicht maszvoll*, atque nimis adverbium quocum sententiam comparat? equidem nescio, nisi forte cum mensura vel modo ipso comparat. Nimis igitur eum amas significat, eum supra modum, si comparas cum modo, amas. Quod num quis credat numque sequatur Corssenum, dubito. — Sed satis puto nos habere hujus suffixi et hujus explicationis.

cis exit a stirpe demonstrativa, est enim proprie ablativus significatque: *von hier*, *uls* vero a stirpe *ollo-* exiens ab illa parte exprimit. Quare non intellego cur *cispellendi* verbum Capt. 529 Plt. Merc. 1, 2, 5 a Fleckeisenio in *aspellere* mutatum sit, quamquam versus non cogit, ut Amph. 1000, ubi vocalis iniens desideratur. Optimam enim *cispellere* sententiam habet, pellere ab hoc loco cf. Par. Lex. Plt.

foris est ablativus sgl. stirpis fori-, nec igitur ablativus pluralis esse potest, antiquo *s* servato.

cur, *quôr* exstitit ex *quôs*, nam *res* est femininum, neque igitur *quô re* dici potest, quod vult Corssenus.

usque est ejusdem originis et fortasse stirpis, nec enim Corsseni **ubis ubs* formam Latinus quidem sermo aut omnino Italicus habuisse potest, suffixum enim est -*bhyam* cf. supra.

apor praeter *apu -d*, quod *d* ablativi praebere videtur, ab eadem stirpe atque ἐπί Gr. proficiscitur.

Haec pauca sufficiant, cetera enim persequi accuratius, tempus et spatium non permittunt.

CONSPECTUS.

VITA.

Philippus Wegener in oppido Neuhaldensleben die XX mens. Julii anno h. s. XLVIII natus sum patre Gustavo Hermano et matre Bertha de gente Jostingiana. Prima litterarum elementa a patre in pago Olvenstedt mutato domicilio edoctus sum, dum gymnasii Magdaburgensis, Monasterii Nost. Virg., in quartam classem reciperer. Unde muturitatis probatione data tempore Paschali anni h. s. LXVII Marpurgium migravi, ut philologiae studerem. Quae studia tribus semenstribus post Berolini per quinque semenstria persecutus sum. Quo tempore scholis interfui virorum doctissimorum: Hauptii Kirchhoffii Huebneri Bonitzii Muellenhoffii Gepperti Droyseni Curtii Trendelenburgi Harmsii Steinthalii Weberi. Hauptio autem Kirchhoffio Muellenhoffio potissimum, quorum seminariis et societatibus interesse mihi licuit, debitas gratias habeo.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

1) Versus Odyss. libri ν 397—402 sequentes versus 430 sq. imitantur, pertinent igitur ad posteriorem aetatem.

2) Menelaus Telemacho senis maritimi vaticinia enarrans (δ 510) Clytaemnestram in Agamemnone necando Aegisthum adjuvisse nescit.

3) Libri λ versus 388 inde a περὶ δ' ἄλλαι — 389 et 410 inde ab οἶκόνδε — usque ad 412 θανάτῳ posterius sunt inserti.

4) 'Denique' particula non solum 'postremo' significat sed etiam 'deinde', certe quidem apud Lucretium.

5) Ammon. de diff. p. 121 scribendum est: πεῖ γὰρ ἄσφαλτος ἀντὶ τοῦ ποῦ· ὅταν δὲ εἰς τόπον θέλῃ εἰπεῖν, φησί· ποῖ ὅς εἰλισκοπεῖται, πῦς etc.